



**Rhyne, Willem Den. Auteur. Wilhelmi  
ten Rhyne M.D. &c.**

**Transisalano-Daventriensi Dissertatio  
de arthritide : mantissa schematica:  
de acupunctura et orationes tres, I. De  
chymiae botaniae antiquitate &  
dignitate. II. De physiognomia. III. De  
montris....**

*Londini, impensis R. Chiswell Societatis Regalis  
Typographi ad insigne Rosae coronatae, 1683.  
Cote : 71050*






71050

71050.

71050





WILHELMI TEN RHYNE

*M. D. &c. Transifalano-Daventrienfis*

DISSERTATIO

DE

ARTHRITIDE:

MANTISSA SCHEMATICA:

DE

ACUPUNCTURA:

ET

Orationes tres I. De Chymia & Botanica antiquitate  
& dignitate. II. De Physionomia. III. De Monstris.

*Singula ipsius Authoris notis, nec non Iconibus illustrata.*



71030

*Alexandri Spiseri  
sum.*

LONDINI,


Impensis R. CHISWELL, Societatis Regalis  
Typographi.

*Et prostat HAGÆ-COMITUM;*

Apud ARNOLDUM LEERS, Bibliopolam.

M. DC. LXXXIII.





Nobilissimis, Amplissimis, Spectatissimis Viris, D.D. Orientalium Indiarum, qua BELGICIS parent, Praefectis Majoribus,

Nominatim Amstelodamensis Camerae Moderatoribus, Fatorum nostrorum Arbitris;

Necnon Consultissimo ac Probatissimo Splendidissimae Societatis Advocato,

Optime de illa merito.

Amplissimi Domini,

**P**erlustranti mihi universas Orientis Indias in orbem, ibidemque imperiose Majestatis Vestrae, cui ipsi Reges totidemque gentes parent, nitorem venerabunda adeo inhaesit formido, ut dudum anceps animo volverim consilium, num hic successivi temporis Labos Illustri vestro se auderet sistere Confessui: Sed

A 3

qua

## Epistola Dedicatoria.

qua Vestra sunt Vobis jure vindicatis; ergo hoc, Vestro in ministerio confectum opusculum, mearum in Indiis observationum primas, sueta benevolentia, in gratificantis animi symbolum, suscipiatis ac protegatis: Quippe dum primum Vobis nomen dedi, juravi que fidem, multis me beneficiis beatum vidi: Dimissio, stipendium, sessio, juxta votum erant, & abundè suis providens Vestra beneficentia per immensa nos comitabatur maria, atque ubi ultra perreximus, nullibi invenimus finem: Sed dira fata hoc confestim interrumpere gaudium, ubi gravissimis cladibus truculenta lethi facies à tergo nos indefinenter sequebatur, plusquam centum funeribus mæstos, & tanto Vestro detrimento illacrymantes: Quisque suum obibat munus ipso etiam in munere quandoque caduus; ego meas ternis mortis minis successus vices sustinui, parum refocillatus alius opem pro viribus tuli, suffeci medelam; donec tandem exoptatum Bone Spei Promontorium nobis illuxit, ubi quasi è maximo naufragio (nec hoc brevi ante ex triduana procella longè absuerat) securiorem arenam lati salutavimus, Vestra iterum munificentia blandam & appositam seminecibus corpori-

## Epistola Dedicatoria.

corporibus curationem nacti : Hic in profunda barbarie Vestri regiminis prudentiam mirati credidimus, nullum hominum genus Mundi gubernationi magis aptum ; Dum Vos, ubi rudis & indigesta dominatur anarchie moles, omnia mitigatis & ad molles nutus facile componitis.

Mitior erat ad Jacatrenses Batavos procurfatio, amica exceptio ; hic, tot eluctati labores, praterita penè oblivioni tradidimus incommoda, pericula, strages ; Quippe portui Mercurius præerat & Pater Gradivus ; stant illic mercibus graves onerarie rates, atque ditissima indies locupletant promptuaria, dulcia Patrii ærarii solamina ; dum ex omni orbis angulo opulentiores cottidiè advehuntur : Huc Septentrio aurum sericumque ; Oriens pretiosa aromata, cinnamum Occidens & lintea (namque singula quis referat ?) transmittit : Quocirca non mirum, si exteris invidus hostibus Mavors, non appropinquari, nedum eripi, sinat acquisitas tot discriminibus, sumptibus, sanguine, gazas. Civitas insigni munita Castello ; splendidis satis ornata edificiis, Templis ad sanctum cultum decorata, Curia,

## Epistola Dedicatoria.

Nosocomio, Orphanotrophio, extra urbem Hierocomio, aliisque egenorum levamentis; in plateas de more patrio disposita; fluvio, alveisque ad sanitatem & vita usum exundans; mœniis fossisque cincta; omnigenis frequens gentibus, Mercurii imprimis alumnis; dubium relinquit, An in bene fundata, melius porrecta & optime jam stabilita, urbe structura ordinem atque comptum, an Rectorum sagacitatem ac prudentiam (quarum Vestrae leges, mandata, premia, fontes merito habentur) magis miremini. Jacetra fluvius latissima ubertate in vicinos exudat campos; illic amœnissimi horti & viridaria spectantem invitant civem, & incallescencia corpora gratissimo excipiunt lavacro: Nihil illa plaga viridius, ubi aeterna viget aestas, & torrentis Zona ignes temperant reficientes maris flatus, nocturnus ros, & anniversaria pluvia; privatorum quoque fundos frequentes fossae & multigenae in marginibus arbores sepiunt; latissimi campi plures etiam praestolantur boves; quod aratro subigitur oriza, saccharo, & omnifario arborum genere consitum; ita ut ad illorum fructuum adspectum  
non

## Epistola Dedicatoria,

*non Semiramidis, nec Alcinöi, hortos, neve dubiam Lucalli mensam quis facile commutaverit.*

*Honestis hisce deliciis licere mihi magnam vite partem impendere exoptabam; Verum alia me avocabant munia, praesertim Praelectionis, Profectionis, Praxeos; Cum autem hujus terra parum assuesactus forem, indoli (quod sine valetudinis dispendio rarerentur) post quinquemestrem moram, Nobilissimi Senatus jussu, Japonico itineri me accinxi, viribus fractus haud modicè; Ubi in transitu Poulouw Timahon (quasi dicas plumbi stannive insulam) aquam hauriendi ergò & commutandi pro linteamine & vetusto ferro fructus, gallinas, capras, pisces, aliaque annonae commoda, appulimus, commodum navium, quae in Septentrionem vectantur, portum; Ubi ipsa etiam rupes & dura saxa arborum fruticumque vegeta semper densitate fertilescebant; oriza rara distendebantur vales; Pisces an copia, an captandi commoditate, uberiores veniant, haud facile quis dixerit: Insulares hi, Johoritarum subjecti Regi, in ipsis etiam desertis non ita deseruere humanitatem, ut compositum regiminis Vestri in  
hoc*

## Epistola Dedicatoria.

*hoc maritimo orbe splendorem non suscipiant & adorent fortunam.*

*Hinc itaque vela ventis dantes post sesquimestrem placidumque cursum Nangasackiacus nos excepit sinus; ubi statim excubiales liburnas navium nostrarum puppibus alligari, quibusdam demi gubernaculum, singulis globos pyriumque pulverem, verbo, omnia vivido ac prompto rigore peragi: Illico autem noster Praefectus, cui ego ex nostratibus sociabar unus, Decimam, artefactam insulam, Hollandorum diverticulum, petiit, Praesidiariis militibus stipatus ac Interpretum grege hic, magno cum discrimine, urbem frequentissima populi corona (quam nos contuendi curiositas coegerat) refertam, futuram vero mansionem nostram parco admodum Europaeorum numero habitam, ingressi, quasi in extremum mundi angulum nos rejectos & ab omni hominum societate secretos, censebamus.*

*Ceterum Japonia, imprimis quam nos incolimus, Coufiouw, insula, rerum, quas victus exigit, ubertate satis felix, nisi fecundissimorum & inseram senectam degentium incolarum multitudo tenuia prestaret feracula; quanquam assidua eorum sedulitas*

## Epistola Dedicatoria.

dulitas hanc alicubi mitiget indigentiam. Regio est montibus aspera, frugiferis vallibus, salubri caelo, beata, metallis dives, fluminibus, rivis, lacubusque undique irrigua; frequentes sylva copiosum foco pabulum, fabrili artificio materiem, & in iis fera gratissima mensa bellaria, sufficiunt: Piscibus scatet pelagus, atque magno egestatis subsidio universum ferme cibum imperium; ubi ad vilissimam etiam usque algam cuncta transferuntur ad usum & vite sustentaculum. Cives gravis & compositus vultus atque ad majestatem factus, parca loquela, magnificus gressus, elegans vestitus, commendat. Sed mira viget in artibus, in agricultura, diligentia, in illis nulli, ut existimo, cedunt gentium, in hac, seposito hortorum delectamento, quavis serviunt commeatui; stat mercaturae suum decus, industria ac opulentia; praevallet, qua solus militaris ordo gaudet, Nobilitas; sui juris, quod strictè servat, Natio, non intestinis, non extraneis, inquieta bellis, advenas severè tractat & suas cogit ad leges.

Hic igitur paratissimo obsequio & toleranti animo Vestro me invocaturum



## Epistola Dedicatoria.

rum servitio, Amplissimi D.D. Majores, Interpretes compellere indies, & sesquipedalibus de rebus Medicis ac Chirurgicis exercuere quasiunculis, quas summus etiam in arte Oedipus iatrieve Mysta vel vix expedierit; ita singula dimidiatis verbis, balbutienti lingua offensamine prolatis, mutilata, inepta ac confusa erant; expostulare tamen responsa mea, quibus ingentes, contracto tametsi stylo, conspurcare codices; quos, tanquam pretiosa gazophylacia, Nangasackiaco Gubernatori (qui illos, ut ferebant, ad Imperatorem convehebat) adornabant, tanto sepiuscule studio, ut Vestris ibidem negotiis mora quandoque injiceretur: Multum, fateor, horum in nostris disciplinis, plus in sermone, imperitia, aliquid etiam malevolis technis, in jam nominandi Dynastæ gratiam commentis, tribuendum; Princeps enim causa in indignabundo (pueret illum, si rationes vere sciret, quas apud Japonum Magnates explicare, nobis saltem, uti vereor, vix unquam dabitur) & Nobilissime Societati malevolo Senatore, Inaba Mino, latet: Hic (veluti ea omnia de suo Mino Homerus effatur) furtivo partu natus, atroxque  
apud

## Epistola Dedicatoria.

apud inferos iudex sceptrum jam ferme tenet imperatque mari, quem ipsi quoque Reges procidui adorant; dum suis illecebris illaqueatus Monarcha sui nescit regiminis molem: Ille igitur clandestinis mandatis omni, quod, Vobis debitum, muneri impendere studebam, conamento tergiversabatur; at, ut nostra fucum offunderet spei, nonnunquam ad majorum gentium agrotos aditum concedebat, in prima presertim ad aulam profectio; negabat, sed clam, in altera; in qua tandem à nostro Praefecto, perspicaci Viro, petii, causas expiscaretur congruis modis; tentavit Interpretem (qui vanis eò usque promissis nos lætaverat) addiditque animum; Ast in secunda hac juxta aulam mansione evanuit illa expectatio; donec tandem paucis ante nostrum è Japonum terris discessu diebus Nangasackiaco Gubernatori valedicturi Praefecti nostri, ab illo hoc tulere responsi, quod, ut perhibebat, supremus Senatus ipsi notum fecerat; Me posse in Japonia permanere, posse etiam proficisci Bataviam; Consultius ergò & Amplissimæ Societati utilius judicarunt Rectores nostri, ut Jacatram reviserem; ego illo gavisus nuntio dictoque audiens, corpore licet exhorrenda

renda

## Epistola Dedicatoria.

renda agritudine exsanguis & perimbecilli, sarcinas meas collegi, & velocitatis cursu amicos brevi salutaturus praeteritas molestias discipuli, retrò saepe spectans, num ingrata etiam nos infectaretur Japonia.

Ubi tamen, ne deses tempus transigerem, in tanta solitudine (si populorum versus aulam itinerum excipiantur labores) Musis me sociavi & Apollini Patri, atque multa observationum momenta (quae, si major detur opportunitas, forsitan aliquando Vestris sub auspiciis lucem videbunt) congeffi, interque illa Japonum de Arthritide placita & curationem, succinctamque Acupuncturae doctrinam: Illi studio primam apud Jacatrenses Batavos ansam dedit Vir pius, mihiq; post fata etiamnum enixè venerandus, D. Hermannus Buschovius V. D. M. cujus scripta ubi cum Japonensium praxi conferrem, magnum in iis defectum reperi: Mirabar etiam tunc temporis, excultissimam literis Europam, quae stupendae eruditionis ac experientiae monumenta Hippocratis maximi semper fecit, post tot retro secula morborum ex flatibus originem sicco quasi transiluisse pede, cum illa eorum non modo comprehensu facilis Morborumque

## Epistola Dedicatoria.

borumque causis enodandis præ cæteris apposta, sed & veritati in omnibus, quæ corpori accidunt, apprime consona, existat; ita ut merito adversæ valetudinis omne vitium (protervè licet contradicat Scepticus ille Sanchez) in spiritu statuve collocare placuisse Hippocrati Celsus testetur: Cur igitur tam dudum sepulta jacuit hæc veritas, ut neminem ad serium examen pellicere potuerit? An Cœus ille Doctor tam profundè puteo illam immerisit, ut à nullo posterorum (multum tamen effecit Johannes Fienus) effodi potuerit? Non ita, contrarium quippe ostendit Rev. D. Bushovius P. M. qui à Quinamersî muliercula primum edoctus, quonam medio Arthritis curari debeat, operationis illius causas & effectus penitus introspectit, in Hippocratis sententiam spontè & insciè devertens; Egregium hic (quanguam extra scopum suum erat) bene firmatæ formatæque mentis indicium prodidit, quæ testimonii splendore non offuscatur, sed veritatem, contradicentibus quamvis singulis, amplectitur, eique adhaeret. Antiquissimum ergò hoc est, de morborum causis ex flatibus statumen; quod quidem (non ibo inficias) primo obtuitu aliquantulum

## Epistola Dedicatoria.

*lum absonum videbatur, imò ita etiam  
ut in illud (sed invitatus) calamus  
strinxerim; Verum ubi pensculatius  
hæc examinarem & cum Hippocraticis  
præceptis, ratione ac experientia, confer-  
rem, demirabar perpetim imitandam  
morborum ex flatibus ἀπολογῶν; donec  
tandem Japonum terras ingressus, ibi-  
demque multiplici rerum eventu per-  
suasus in hoc dogmate sic stabilirer, ut  
ei omnem præberem assensum, malè bono  
publico consultum iriratus, si, in agro-  
rum sanè detrimento, hæc documenta  
supprimerentur; atque hoc primarium  
nostri uarxeitæ incitabulum fuit, quod  
suum de Podagra tractatum vel dialo-  
gum typis evulgaret; cuius exemplar,  
propria exarat in manu, mihi ultrò conce-  
sit; quod ne apud me sordesceret pig-  
nus, juxta præsentis seculi scitamenta  
(absit ambitio) expolivi, quosdam re-  
rum apices retinui, ac latinitate dona-  
vi, meo textui commentaria (Hip-  
pocratis imprimis testimoniis, ad id  
studio conquisitis, corroborata) adjeci,  
&, quod caput rei est, Japonum, Sina-  
rumque ἰγχεῖσιν suffulsi; illis enim,  
quod ad curandi methodum (ex qua  
maximum mortalibus resultat emolumentum)  
inventio competit, mihi stylus*

## Epistola Dedicatoria.

Et ordo: Quod autem multa ab aliis mutuatus sum auctoribus, non ille mihi fuit animus, ut priscorum sententiis novitatem eam oblinerem, sed Lectoris inservirem fructui, & putatam forte *megdōdorozlav* major maneret fides atque nitela; Quippe in telo aut gladio (cum Lipsio liceat proloqui) multum interest à qua manu veniat; sic in sententia, ut penetret, valdè facit robusta alicujus & recepta auctoritatis pondus; nec tamen arenam sine calce dare me opinor, sed verba Veterum (quantum saltem librorum in extremo hoc orbis angulo paucitas, vel memoria, suggestit) velut cemento quodam meorum vincti, & dum Patrie, amitorum hortatione, destino, illa horis succisvis relegendo hinc inde adauxi festinans.

Has igitur Vestro in ministerio constatas, Nobilissimi D.D. Majores, Indicarum mearum observationum primitias, Magnificis nominibus vestris (quibus & Rev. D. Busbovius suas quoque dicavit) ingenua devotione inscriptas, modo Vestro otio dignas, legatis, protegatis, & si hoc remedii genere (quod nemo speraverit) egeatis, utamini.

(a)

Post

## Epistola Dedicatoria.

Post exantlata ergo Japonia fastidia  
(ut fati mei in hisce oris, quod occiperam, solum pertexam) faustiore tandem omine Bataviam adventavimus, ubi quotidie recuperans vires pristinae in Chirurgicis ac Anatomicis exercitationi, supremi Senatus indulgentia, denuò suffectus sum, quibus, ut par erat, insudavi non parum, sperans fore, ut etiam apud Indos in praedictis aliisque liberalibus artibus sufficiens non desideraretur, hic perquam necessaria, institutio; sed curiosa primum, dein desidiosa (si pauca eximantur) & mercibus potius, quam doctrinae, intenta, mentes hoc sanum abrupte propositum; hic enim altè sopitus jacet Apollo Pater, & Chiron Thrasionem agit; qui in publicum effutire novit, doctus habetur, peritus habetur; quocirca ne frustra his animum diutius cruciarem, rogavi, ut Nosocomio praesicerer, voti statim compos factus.

Haec igitur Deum munera nequaquam aspernanda sunt (ut Homericus Alexander Hectori dixit) quae tamen ab ipsis tribui solita multis volentibus non obtingunt; Namque plus ultra contendebam; at quis casus illi obicem injecerit

## Epistola Dedicatoria.

terit conamini, vix valeo hariolari :  
Interim me Medica occupatum tenet  
Praxis, & intercalaria Vestro in ser-  
vitio (cui me totum perlubenter dedo)  
negotia : Partem porrò mei habet Ec-  
clesia munus & municipalis cura, non  
una : Reliquum autem tempus priva-  
tis colloco studiis, elapso anno Malaba-  
rico horto (cujus patrociniū suscepi-  
stis Amplissimi D. D.) meas lucubra-  
tiones (uti author docebit superstes)  
impendens ; & fortè in futurum alia  
mei moliminis indicia Vobis, D. D. Ma-  
jores, transmissurus.

Sed ne forsan mearum partium præ-  
co habeat, desinam patientiam Vestram  
propria (quod secus contra morem me-  
um est) enarrando nimio opere fatigare.  
Hec eam saltem ob causam Vobis, Am-  
plissimi Viri, quasi in epistolæ formam,  
nota facere volui ; ut ab ipso meo ex  
Patria discessu de mea conditione casibus-  
que certiores consueta beneficentia Ve-  
strum (omni nixu devotum obsequio  
meo) respiceretis Clientem, qui Deum  
immortalem supplex veneratur, ut tan-  
dem carissima Patria optata fruatur pa-  
ce, Perillustris, qua Belgicis imperat  
Indiis, Societas, nostra Domina, sem-

( a 2 ) per



Epistola Dedicatoria.

*per vireat, semper vigeat, semper vincat, gazas augeat; Vos, Viri Nobilissimi Mecænates, optimi, secundum corpora, secundum animas, valeatis, atque nos solita prudentia ac benevolentia perpetuò regatis, ita orat, ita sperat*

Dabam Bataviae  
Jacatrensium  
30. Jan.  
1679.

Vestrae Amplitudini

Dicatissimus ac fidelis servus

*Wilhelm. ten Rhyne.*

---

Ditche

## Dichtkunstige 't samen Spareek

Tussen het Podagra en den Schrijver Door  
den Eerwaarden Heer Hermannus Bushof, in syn  
leven bedienaer des Goddelyken woorts tot Bata-  
via op groot Fava opgesteld, en met bewillinge van  
syn E. Overledens Godvruchtige en deugden ryke  
Wedue Juffr. Elisabeth Pergejus hier bygevoegt.

### Podagra Spreekt.

**I**Ch, Princes van alle quaelen !  
Tegen welck geen help te haelen  
In alle Eeuwen is geweest,  
Leefals noch gants onbebreeft.  
'krees noch macht, noch list van menscheu  
'k sal boorts heerschen near myn wenschen,  
Poet sal Genigh man bestaen  
By in't velt te keer te gaen.  
'k sal die, die haer verben moeyen  
Byne dwingelandy te snoeyen  
Plagen oock in yder lidt,  
En myn pynen als een eldt  
Al haer daghen acndoen kleben  
Sonder oist van al haer leven  
Kust te voelen van Een smert  
Die haer scheurt als 't Slot van 'thert  
'k sal met knobbelen bekleden  
En verderben al haer leden  
Van de hooft sceel tot de voet  
dat 's in 't bitterst kan 't gemoet.  
Sulken oock de uur beklagen  
Datse dochten te belagen

(a 3)

Dijt

Dijt het rijck van Sulcken Woest  
 Die soo seer na waelke doest.  
 Die van alle oude Geuwen  
 Keyseren so fors als Leeuwen  
 Koningen van groote macht  
 Pauken, Princen, hoogh geacht,  
 Hebb geleert dat d' Artzenyen  
 Niet en helpen, maer wat schyepen  
 Het Een tay gedult verfelt  
 Noo, myn Ebel alst haer quelt  
 Ik sal Wudeum mi maer noemen  
 Die wel eer sich doest beroemen  
 Dat hy raadt en middel wilst  
 Om door nieuw-berdachte list  
 By ten lichaem nistte stooten  
 Schoon ik myn Selven hadd' besooten  
 In het diepste van de leen  
 Dock omtrent het kreupel been  
 Die ick soo hebb oerrompelt  
 Soo in 't pekelt nact gedompelt,  
 Soo geplaaght van kruisjn tot hiel  
 Dat hy niets gesonts behiel.  
 Ick ben niet gewentte groeten  
 Genigh Woest, sy alle moeten  
 By op 't eerste kleyn vermaen  
 Gaerdichlyck ten dienste staen.  
 Als ick plaets in haere leden  
 Boben, midden, of beneden  
 Selvs in 't Lidt maer van een Lee  
 Hebb genoomen, wat een Wee,  
 Wat een kermen: Ho! Wat troepen  
 Dooors worden opge roepen  
 Reijsen sucks te post naer't hoff  
 Gek in hope, of hys stoff

Wyt

't Mocht binden, om myn smerten  
 Te versoeten, maer sij terten  
 En verbitren maer het quaet  
 Het haer hulpeloose Raet.  
 Ick koom inder Princes hoven  
 Als't my lust her ingesloven  
 Het hoe naentwen Macht besett  
 Treed ick in haer Cabinet,  
 En doe haer op mijn genaken  
 Dickwils schreuwen En onwaken,  
 Dat het hoffgesin verbaest  
 Speent dat haeren Heere raest,  
 Ja de Aeytbaerck van hen allen  
 Derfick moedighlyck aensballen  
 Als getnygen kan Ze veer,  
 Dapper Keyser, Werelts Heer.  
 'k loog wel eer metholler helen  
 Al de Griecken uijt, die helen,  
 En genesem meenden 't quaet  
 Selvs den Onden Hippocraet,  
 De Latynsch en Arabieren  
 Hoefde ick niet meer te bierem,  
 Cellus, Plin' en Galliaen  
 Aargus en Aureliaen  
 Avicenna, albucasis  
 Mesue, Avarroas Kasus  
 Dally-abbas, Slaack  
 Stack ick 't samen in myn saek  
 Deon selvs, hoe seergeprezen  
 Vlucht my nimmer te genesen.  
 Aesculapius hoc groot  
 Wilt geen raet in desen noot,  
 Hebb ick niet myn klanc Cardanus  
 En den kloecken Lucianus

(a 4)

Ugt

Afgeliebert volle kofte  
 Om te fingen mynen loff.  
 Waeken dit booz nien we kafen,  
 Die my aen het oore rafen,  
 En nyt roepen dat myn macht  
 Waert be snoept dooz haere kracht ?  
 Dat ick lang genoegh de menfchen  
 Bear myn Luft en wreedde wenfchen  
 Heb gepynighen gequelt ;  
 En myn Ryck naer 't eynde helt.  
 Dat het Middel is gehonden  
 Waerdooz dat in kotten ftonden  
 Ick werde nyt het lyff gefaeght  
 Als het maer den Arts behaeght  
 En den Lyder will berd raegen  
 Sond ick soo op haer behaegen  
 En genoeggen ftrycken gaen ?  
 Hoozt veel Cer naer 't laef bermaen.  
 God alleen is 't op wiens woorden.  
 Ick niet maghtighen's antwoorden  
 Ick en ken geen Centigh man  
 Die my boeten fpakken kan.

#### Des Auteurs Antwoort.

**G**od is 't, die dooz eygen krachten  
 Ik kan nyt het lyff met machten  
 Banuen, hoe valt dat ghy woont  
 Als my Ielus heeft getoont. Nath. 8. f.  
 Dat was als een God genesen  
 Sonder middel, hoogh-geprezen  
 Sy fyn naem in eeuwigeyt  
 Die dooz fyne vriendelychheyt

Gy den wech heeft aengewesen  
 Om van uerlost te wesen  
 Of van ufeer swaere pijn  
 Immers haest be vryt te sijn  
 'k sal uoopenlyck besoecken  
 En uit lagen niet verkloecken  
 'k sal uonder Dogen gaen  
 In myns Heeren Iesu naem  
 Al seer krylman van syn benide  
 (Die gy wel hoor desen kende  
 Als Tafal van uwen troon)  
 Maer die unu van de kroon  
 Koem en Ger sal gaen berseeten  
 Ja tot in het stoff verpletten,  
 Siet het krypt in myne haut!  
 Kruyd dat hier de kroone spaut  
 't welck ontsecken uwe pyuen  
 Doet in Genem roock berdwynen  
 Dit is't byer dat uwel haest  
 Nyt het lyff jaeyht als verbaest  
 Soo ghy in myn doet gaet daelen  
 't byer sal daer van daen u haelen  
 En u bannem nyt de plaets  
 Die het trectend hoor de taets:  
 Soo g' in Elboogh, knye en handen,  
 Heup, hals, Schouderen, oock tauden  
 Of in Genigh anderlyde  
 Set uc valende gebidt.  
 't Kruyd hoeft maer de plaats te weten  
 Waerghy neder sijn geseten  
 't sal u als een los geruchte  
 Doen berdwynen in de lucht;  
 't sal de aldercherpste pyuen  
 Van uc smoolte stercken

Onder

Onder oogen verben gaen  
 Iae daer ma' en ruyme baen :  
 'T gaet de gicht soo moedigh tegen  
 Als een dapper man den degen,  
 Ia het valt daor plotslyck op  
 'T gaet haer sitten opden Cop  
 Wiens perlymen, reuck en aeffem  
 'T Zipperlee dwinght in Een waeffem,  
 Als een Telchineschen geest,  
 'T lyft te ruymen als be deest.  
 Die dit reuck werck op d' Autaren  
 Orsmael na de lucht doet Waren,  
 Van het selste sierecyn  
 Is verlost van alle pyn.  
 Podagra ! wie sal gelooben  
 Dat ghy in der Heeren Hoobert  
 Langer blyben sult als gaff  
 Daer ghy wel wert opge past  
 Het dit Reuck werck laet de machten  
 Altygh nae dit reuck werck trachten ;  
 Want geluc'igh is de mensch  
 Die het hebben mach naer wensch  
 'T Wyer van't wreeds gloeyend Pser  
 Seemt Europa ( als niet wyser )  
 Om de gicht te keer te gaen  
 Als de outheyt heest gedaen :  
 Ik schrick het Pser te gebruycken  
 'T quact is lichter te outduycken.  
 'T Wyer dat dese byant Stuyt  
 Is in wolke van een kruyt  
 'T welck door 's Heeren milden Zegen  
 Groeyt op veele Heeren Wegen,  
 En seet schoon aen Elcken kant  
 Van myn waerde Waderlant :

Con.

Conjuginne ! krupt geprefen  
Alte deught en edelwelen  
Goet fy kenuen, en haer kracht  
Die u met haer naem bedacht :  
Goel Gora ! den Japander  
En Chinees en keut geen ander  
In haer uytgestreekte ryck  
Wol in krachten u gelyck.

Naspraeck tot den Leser.

Ghy die oyt hadt ouder wonden  
E Podagra ter doot te wonden  
En de menschen te outlaen  
Van de pyu, daer uyt ontsaen,  
Wierdet naer der Princen Hoben  
Om daer haere konst te loben  
Wegh gesonden, daer gy dan  
Quamet Geuwich kael daer van.  
Maer dit Wyer sal niet bedriegen  
In dit Wolwerck, noch beliegen  
Synen meester, neemt de proef  
Doch die will tot syn behoef  
Loets de geest van dese Wolle  
Ik wedd, ghy sult, ja oock ten volle  
Het haer Smoochfel is gedaen  
Goelen alle pyu vergaen.

Door Herm. van Buschoff

de onde, geboortich van

[Utrecht, en Predikant.]

Op Batavia.

\**Objectiones*



*Marginalis responsio, Quam Venerandus D. Hermannus Bushovius in valetudinario lecto paucis ante obitum septimanis ad objectiones Wilhemi ten Rhyne re- gessit.*

*Objectiones Extemporaneae, quas Wilhelmus ten Rhyne Med. Doct. &c. Reverendi admodum Domini Hermanni Bushovii, apud Sa- catrenses Batavos, dum viveret V. D. M. fidelissimi, petitione soli illius Arthritidis definitioni eggerit.*

(a) Articulus est dimi-  
nutivum ab artus.

**A** *Arthritis est artuum dolor; malle-  
m dixisse (a) articularum; quip-  
pe ἀρθρῶν ὀνόματι ἀρθρῶν (per quem  
omnem articulationis speciem Græ-  
ci designant, ut ex Galeno de ossi-  
bus constat) derivatur.*

(b) Arthritici aliter ju-  
dicabunt.

*Dolorem hunc equidem sensibilem,  
sed (b) non omnes agritudines doloris  
sensu superantem existimo; quoni-  
am, uti vestra etiam tacite indicat  
hypothesis, in articularum dolore  
solutio contigui est, cum tamen  
solutio continui majorem necessa-  
rio dolorem secum ferat; quan-  
quam doloris protelum altiora sui  
vestigia memoriae infigat; ubi in-  
tensissimus in ossium fracturis do-  
lor in stuporem nonnunquam de-  
migrat.*

(c) Hoc vocabulo mul-  
tis de causis utor, ut in  
ipso tractatu meo con-  
tueberis, ut arthritis ab  
aliis tumoribus statulen-  
tis discriminetur.

(c) *Doloris contumacia mihi qui-  
dem specificam differentiam (quæ  
tamen in definitione maxime re-  
quiri-*

quiritur) non videtur inferre: Adeo ut (d) distensio potius, tanquam verum causæ hujus morbi effectum, hujus mali indolem explicaret; si hæc imitanda foret opinio.

(d) In hac scilicet distensione consistit vera Arthritidis apud me-ef-sentia.

*Articularem dolorem* non semper (e) *intrinsecè delitescere* (etiam si ejus causa talis esset) ex nodosa patet Arthritide.

(e) Arthritis sic se semper habet; nodi autem topique hujus morbi tantummodo sym-

ptomata, ex genuina Arthritidis causa non exoriantur, existunt.

*Tumorem* pro genere definitionis introduxisse, idem est, quam si incertum pro certo, hypothesis pro demonstratione, haberetur; quoniam genus definitionis cum definito (f) identificari debet; sicut dolor (non tumor) cum Arthritide; illa enim propria sunt quarto modo: Quocirca probatissimi authores Arthritidem semper per dolorem, tanquam genus suum, definiunt: Vide Fernel. pathol. 6. 18. aliosque: Atque Arthritidi tumoris nomen non convenire constat ex unanimi Chirurgiæ scriptorum consensu: Profligat etiam genericum tumoris vocabulum Galen. 6. de differ. morb. Ubi Arthritidem intemperaturis cum pure accenset; differentiam desumens ex diversitate materiæ peccantis. Momentosæ objectiones ex 1. cap. 2 part. Chirurg. Aqua-

(f) Identificari debet cum Arthritide tumor.

(g) Non in erroribus suis.

(h) Arthritidis causa instrumenta motus, nisi per accidens, non lædit; quoniam ubi flatus in has partes irruunt, spasmus excitant.

(i) Cephalæa æque ac Arthritis ab hoc flatu derivatur; ut in meo tractatu videre est.

(k) Nego, ego Arthritidis causam unquam in articulos descendere.

pendentis mutuari possunt, si quis Doctores nostros (g) sequi satâgat: Sed detur hoc, *Arthritidem esse tumorem*; Quomodo *parvus* dici potest *tumor*, qui sæpenumero terrificis nodis tophisque (h) motionis organa infestet & in munere impediat, cujus termini in artuum extremis demum dantur? Nam tamen si authores Arthritidis differentiam principem ab affecta parte (unde Podagra, Chiragra, Ischias, dolor homoplatae, &c.) deducant; Cur non tam (i) cranii verticem, quam extremum pedis pollicem (quem plerumque primum ferit) inquietat? Cum tamen una eademque membrana obcinguntur: Quinimo, cur cranium non prius & vehementius, quam pedis pollex, dolet? Cum hic etiamnum carne exiguisve musculis, in prophylacticam affectæ partis fomentationem, vestitur; illud vero intra membranarum duplicaturam flatus hos facilius excipit; Cum, juxta Hippocratem lib. de princ. §. 4. Cerebrum sedes & metropolis frigidi & glutinosi sit. An vero in causa sunt (k) articuli, qui firmioribus repagulis ac retinaculis flatulentum hunc hospitem firmiter tenaciusque incarceratum detinent? Ubi tamen adeo parca Arthritidis vehicula (sive arteriæ, ut hæc hypothesis dicat)

dicat ) reperiuntur, ut Galenus articulos  
sive ossium apophyses medulla nutrire co-  
actus sit, si cum cæteris corporis partibus  
communi vita fruenterur.

Si hunc porro tumorem in periosteo suppo-  
namus ( vide Lang. epist. de ἰστορίαις )  
magnæ tamen molis opus erit, scholarum  
illud statumen destruere, quo docetur, par-  
tes has spermaticas, hoc est, spermate  
(quamvis novaturiens ille Barbatus id fan-  
guinis sero, quod Bilsius suo Rori, attri-  
buit, cujus veram cognitionem primus de-  
texit acutissimus Malpighius in suo tra-  
ctatu de polypo cordis, ubi causam ejus  
continentem ex peculiari sanguinis portio-  
ne derivat) nutritas ex sanguine alimen-  
tum nullatenus nancisci. Quomodo igitur  
hanc Arthritidis causam per arterias peri-  
osteum inter & os ( vias invias ) in sinu-  
abimus ?

*Ex frigido & maligno flatu ortus tumor.*  
Toto, me iudice, errant cælo, qui mor-  
borum causas ex quatuor primis qualita-  
tibus mendicantur, cum umbra cogita-  
tionum suarum colluctantes; quoniam  
fictæ tales causæ nihil reale in natura  
rerum inveniunt; & concessio, quod  
dentur tales, denominationem suam  
à sola objectorum applicatione ac-  
quirunt, uti latius in meis, imma-  
turis licet, meditationibus in textum 24  
Hippocratis de veteri Medicina ostendi;  
Cui Hippocraticæ doctrinæ vel hilum  
addidisse, idem foret, ac si quis post  
(/) Home-

Quæstio.  
Num ossa sub suo  
periosteo Venis &  
Arteriis instru-  
antur?

(l) Idem ego de Hippocratis libro de flatibus ausim dixisse.

(l) Homerum Iliada scribere conaretur; Ex illo enim Hippocrataeo dogmate de veteri medicina singuli *iatras* alumni veras morborum causas expiscari possunt, prout externis sensibus (genuinis sensibilibus proprietatum seu qualium Hippocraticorum iudicibus) dignoscuntur & discriminantur. Sed demus aliquid huic peccanti, *malignitati* videlicet & *frigori*; quomodo igitur cohærent, *siccitas*, *frigus* & *malignitas*? quæ si in eodem agente statuuntur, veræ veneni qualitates existunt. Si *tumor* ille *siccitate* culpatur, cur igitur humorum affluxu in pejus vergit Arthritis? Quare etiam authores articulare morbum rheumatismis & catarrhosis affectibus accensuerunt? Si vero *frigore* noceat ille *tumor*; quomodo tum firma & tenacia membranarum latibula & abstrusas cavernas penetrabit frigoris lentorisve sodalis? Frigus enim adstringentiæ, coagulationis, obstructionisque author & affecta communiter existit. Igiturne hunc in finem frigus è corde (calidi innati fonte & fomite) per arterias evocabimus? Si (m) *malignitate* degeneret *tumor* ille, illius causa etiam maligna & venenata sit oportet; illa enim maligni vulgaris apud Medicos significatio est, quorum faniores maligna culpant aëris miasmata, quæ primo oris halitum, hinc pulmones, inde ipsum cor, inquinant: Neque etiam de natura flatu est, (n) tamdudum parti alicui in hæ-

(m) Potest equidem discrimen esse inter malignum & venenatum.

(n) Quoniam Arthritidis causa hoc sibi peculiare habet, ideo illam contumacem voco.

nhære; cum tamen nullus reperitur halitus vaporve qui non citò coëat & in liquorem convertatur; uti ipse in suo de flatibus tractatu (quem hic in patrocini- um vocas) Hippocrates docet; siquidem spiritus compactus in aquam transmutatur & per meatus penetrans extra prorumpit, eodem plane modo, quo à ferventibus aquis vapor elevatur, si obstaculum habeat, ad quod impingere oportet, pinguefit ac condensatur, guttaque destillant ab his corporibus, quibus vapor ipse fuit impactus; atque hoc per capitis dolores in febribus stabilit. Si quis hinc Pleuritidem spuriam opponat, comperiet nihilominus, illam (o) non ita tenaciter affectæ parti insidere, nisi forte causa illius (fortasse halitus flatufve) humores inficiat.

Si hujus flatus (p) natalitia *expulseria cordis facultate in arterias* deducamus, hæc labes vel ex ipsa peccante materie vel ex vasibus necessario peti debet. Arteriæ nullum, præter sanguinem contentum agnoscunt; nisi quis forte aliud in corde (q) quam sanguinem ostendere possit; Cum, ut rudi similitudine utar, cum (r) cocta cerevisia comparari possit, quæ in cerevisiaria officina ex cortina per refrigeratorios canales derivatur; quamvis illic halitus percipiatur & vapor, quia canales illi aperto patent aëri, ubi arteriæ semper & ubique sanguine replentur, uti ex illarum opere constat.

(b) Si

(o) Quod etiam si ita sit, attamen contumax malum Arthritis est.

(p) Respice tractatum meum de podagra, ubi ejus natalem locum offendes, quomodo scilicet probabiliter generetur, & ex qua materia, non ex sanguine in ipsis vasibus oriundo.

(q) Id in sanis, non in ægris, verum est

(r) Vereor, ne hæc analogia claudicat; nullam enim in corde sanguinis coctionem agnosco.

(f) Respice meum de podagra tractatum, & videbis, quomodo flatus ille in venis, in corde, in arteriis, hospiretur, ita ut cum sanguine in unum & continuum corpus nunquam coalescant.

(e) Id assero juxta communem opinionem.

(u) In hac palæstra pro me militat Jac. Baccius de motu cordis.

*Summo huius ( )  
nomine in  
talem xantho  
In dicitur  
-er- colob ( )  
ob- magis  
aut- ma-  
-m-  
ob-*

(m) Id vestra dominatio cum tempore probe capiet, etiam si via illa corporis, non mentis oculis, oculis fiat.

(x) Ego equidem, non vero quem præ manibus habens morbus ei opinioni adfentur.

Si flatus hic (f) sanguini mixtus sit, vel ex venoso sanguine proveniat necesse est, qui in suo regressu ad cor revehitur, ut de novo vitali illo igne effervescat, quo reddatur aptus, ut ad extremas usque partes, in earum nutrimentum, dimitti queat; vel ex chylo, qui in sinistram axillæ venam se exonerat & sanguini miscet: Quapropter non probato horum ullo, sponte cadit hypothesis illa.

(t) Facultatem expultricem pro (u) causa principali & efficiente introduxisse, hodie est sub umbra occultarum qualitarum delituisse. Reperiuntur in sanguine particulae, quæ blandam luctam (effervescentiam vocant aliqui) excitantes vitalem calorem fovent, genuini in corde motus sanguinis authores. Inspice ovum primis incubationis diebus, & inde plenioris indaginis ansam arripies. Sed totum hoc examinis momentum exquisitiore iudicii libra pensicandum foret, si huius rei ponderi fieret fatis.

Ab ossibus periosteæ vi divellit. Itane (m) tali virtute pollet flatus, ut solutionem continui efficere queat? Ubi via, quas transire debet, reconditæ sunt: Cum natura, ubi bene constituta est, humorem (qui veteribus (x) Zynovix, modernis lymphæ, quam Angli Medici cum succo nerveo sæpe confundunt, nomine inclutus est) ad faciliorum articulorum motum collocavit. Hæc equidem conjecturæ Veneræ luis symptomatibus, tophis videlicet, congruenti-

us

us convenirent, in quibus *dolor* non modo *acerbus* est, sed & verus *tumor*, locum habet: Atque hæc cum Physici cujusdam Galli opinione congrueret suppositio, qua dolor omnium morborum genus summum statuebatur, isque vel ad venereum contagium vel ad febrilem intemperiein relatus. Hæc porro longius produxisse aversionem crearet castis.

Si cutis & internæ corporis membranæ nihil aliud sint quam vasa (venæ, arteriæ & nervi; venæ & arteriæ, quia nutriuntur sanguinemque fundunt, nervi; quia dolent, læsi) expansa; vel, modo porro suspicari liceat, si cuti & membranæ (primarium doloris subjectum) à cerebri meningibus (quibus pericranium, ut veterum opinioni aliquid etiam indulgeatur, accenseri forte possit) ortum ducant; ut doloris sensum ad cerebrum tanto facilius deferant; ubi cerebri illas membranas innumeris exiguisque sanguinis vasculis intertextas reperit Anatomes peritus, ut in medullæ spinalis origine videre est, præsertim in recens decollatis vel patibulo suspensis; (1) quomodo *arteria* talem *flatum*, utpote *frigidum*, per & in membranas, nedum firmiter tenaciusque *periosteum*, transferre & effundere poterunt? Ubi sanguinis vascula (2) hiantibus osculis (his præprimis in partibus, quas natura adeo firmas formavit, formatasque firmavit) nihil omnino exonerant recipiuntve, uti de vasis lacteis probabiliter dici potest: Reticularis autem sanguife-

(1) Hæc sane possibilia sunt, præsertim facultati expultrici.

(2) Id non probatur; ego enim contrarium probabilius, uti etiam de vasis antedictis, existimo.

(b 2) rorum



(a) Colario vel  
filtratio penes me  
nullum subjectum  
nullamve probabi-  
litatem, multo  
minus certitudi-  
nis probationem,  
invenit, utpote  
Baccii sententia  
in his adfentien-  
tem.

(b) Arthritis non  
nisi per accidens  
motionem artus  
lædit, &c. mate-  
ria autem illius  
nunquam in ipsos  
articulos tran-  
smear.  
(c) Nodi artuum  
motum non sem-  
per impediunt;  
uti ex ipso tracta-  
tu meo patet.

forum vasorum structura est, quam si ac-  
curatius delineatam velis, inspicias ana-  
tomico vultu arboris plantæve folium,  
in quo singulæ fibrillæ (quæ unica sunt  
alimenti vehicula) membranas obtegentes  
non penetrant, sed mutua anastomosi  
femet excipiunt; adeo ut quis haud per-  
peram suspicetur, membranas subtiliore  
sanguinis portione in modum (a) colati-  
onis filtrationisve (uti liquor per cetace-  
um transit) nutrirî (simili fere pacto,  
quo quidam de aspera arteria opinantur,  
illam peculiari quodam latice, per illius  
poros transfudante, humectari, ut ad red-  
dendam vocem perpetim lubrica existat;  
quoniam vel minima acrimonia laceffita  
tuffum creat) secus enim in indefinitum  
foret procedendum; alias minimum vas  
aliud se etiamnum minus vasculum, quo  
alimoniam reciperet, obtinere deberet;  
quod implicat contradictionem.

*Ad artus eorumque imprimis articulos expellitur flatus.* Si, de quo hic sermo est,  
morbus idem est quod Arthritis seu arti-  
cularis dolor, non *imprimis*, sed unicè &  
semper, *artus eorumque articulos* invadet &  
iis inhærebit; verum non ita circa, quam  
quidem in, ipsos *articulos*; Nam quomo-  
do secus (b) artus affecti motio Arthri-  
tidis lædetur vel depravabitur? Si Arthri-  
tidis materia in ipsos articulos subrepat.  
Si quis post ossis fracturam (c) callus re-  
generetur, illius membri motus non vi-  
tiabitur (si scilicet fracta illa pars cum  
opposita sana longitudine quadret) si fra-  
ctura

ctura circa, id est, extra articulum ex-  
stiterit.

(d) Cui interstitio impactus flatus hic ini-  
bi tenacissime haeret.

Non est de natura flatus adeo tenaciter parti cuius inhaerere, nisi in liquorem transmigret, ut temporis diuturnitate contingere necesse est, praesertim si frigidioris indolis existat, calidior enim (si talis reperitur) flatus dissipationi aptior est (e). Quinimo talis flatus (ex arteriis oriundus & per consequens sanguinem pro suo fonte & origine agnoscens) non modo in liquorem, verum etiam in duriusculam substantiam (vitro non absimilem duritiae sua; prout Bilsius hoc tanquam validissimum argumentum infert, probare studens, sanguinem nutritioni nihil conferre) transmutari posset, prout in podagrae nodis conspicuum est, aliisque tumoribus, quos credula vulgi superstitio fagarum arti affingit, in quibus acus, carbones, metallici scobs, aliaque mirae texturae corpuscula nonnunquam inveniuntur, prout peccans sanguis in sua coagulatione varie concrevit. Excoque sanguinem & post vaporum aliquot fumigia inraffationem, coagulationem, concretionemque illam observabis; quod etiam vel in sola parte sanguinis serosa (quae quidem maximam cum flatibus in corpore humano communionem habet) perfici potest.

*Tenerrimi sensus membranam, periosteum.*

Ego illam tenerrimi sensus membranam existimarem, quae laesa non modo inte-

( b 3 )

(d) Huic jam supra responsum est

(e) Hic in obscuro mecum, scire impo, dim car dominatio vestra.

grum corpus dolore afficit, sed & cerebrum vehementius succutiendo delirio aliiisque malis exin infestat, cor invadendo febrēs excitat, stomachum nausea vomituve lacescit; quocirca illius vulnus lethale eventus ipse indicat: Huic equidem sententiæ facile suffragaret, sed hac conditione, ut ulterius perscrutari liberum esset Stenonis illud de diaphragmate statumen, quod veritati proximum esse videtur; quamvis Steno diaphragma muscularis accenseat juxta autopsiæ fidem; namque illius fibræ triplici ductu tribusque in locis in hac duplicata membrana concurrant; quocirca ego, pro *tenerimi*, teneri, dicerem.

N. B. Hanc ego qualitatem ad meas hic quidem voco partes; sed expultrix facultas ab agente & dominante anima dirigitur.

*Divellit atque distendit.* Naturæ lex est; Agens patiente debere esse validius; quæ ergo, quæso, proportio est, inter agentem flatum & patientem periosteum, firmum illud & tenax ossium velamentum, quod non nisi vi ab ossibus divelli potest; cum tamen flatus ad minimum tenuissimæ etiam membranæ obicem repellitur atque cedit. Quapropter non allubescit illa, quam infert Reverentia vestra, analogia & proportio inter flatum & membranam patientem. Sed forsan flatus malignitatem hic in auxilium vocas, ita ut minima malignitatis illius labe, periosteum affricta, hoc tumescat, atque sic intenso doloris sensu affligatur. Ita est, atque ego in quodam insecto, saliginea videlicet mulca, illius experimentum sapius adverti; quæ in palustris  
falicis

fallicis folium involans infidensque extimam illius folii epidermida (si ita appellare fas sit) maligno perfodiebat aculeo, unde superior illa folii membranula ita extuberabat, quasi integra illa musca se illi insinuasset, cum tamen in dictum illius membranulae foraminulum, quod osculo suo, malignitatis speculo inficco, hiabat, seminale oviculum injectasset, quod dein lancinata illa epidermide iterum cooperiebatur, ut tuberculum illud vermiculi matrix evaderet, qui postmodum juxta aligerorum insectorum transformationes varias formas induebat, uti alibi ex professo latius retuli: Vix mihi imaginari valeo, statum hunc de quo nobis sermo est, tam malignis aculeis efferari.

Neesse est Medico, ut morborum causas à symptomatibus distinguere sciat.

*Ipsam membrum in suo motu impeditur.*

Parum facit ad cognitionem curationemve Arthritidis, si vitium motus in membro cognoscatur, quando illius ignota causa est. Præterea etiam neesse est, ut morbi (f) definitioni (quæ ex genere proximo & differentia specifica constare debet) pathognomonica ejus accidentia inferantur.

(f) Si definitio hæc mea cum regulis logicis non ita conveniat, scias, me de eo non adeo sollicitum fuisse.

Hæc tumultuante ob negotiorum farcinam calamo, deficientibus libris, non lectis cæteris, excepta sola definitione, invitatus mense Junio 1674. Bataviae Jacatrensiū confarcinavit

Vester officio animoque Cliens

Wilhelmus ten Rhyne.

(b 4)

Extract

Extract uit een brief, geschre-  
ven An den Eerwaerden Heer Her-  
mannus Buschhof, Bedienaer des God-  
delyken Woorts tot Batavia,

Myn Heer,

**H**et was ue wil, die ik hoor een va-  
derlyk gebod aennam, myn pen tot  
een tegenstel van ue gepolst Sicht ge-  
schikt (waer van het ue behaegde my der-  
luchtig te maken) niet min beleefdelijk to-  
bergen, als myn vartele tegenwerpingen  
heuschelyk en sonder aenskoot opte nee-  
men: Myn dwalende bescheiden leden  
doennaels geen ordentelyke naeflinge,  
noch naukeurig ondersoek; het strekte  
my naemaels tot een vermakelyke nutti-  
cheyt ue schriften, die maer een ruw  
ontwerp in myn gedachten hadden, on-  
partydich te esen ente herlesen; Soo my  
de gelegentheynt niet al te warfch is,  
sal ick metter tyt eenige bloemjes van  
typer aenmerkingen in den tyt van  
ue bysonder-geboelige en seldsane, doch  
niet min deffige, gepeynsen byboegen,  
misschien wafenden die ook een reuk  
van myn dienstplichticheyt in ue 't my  
waerts genegen inboest. Ik hebbe  
tot noch toe alle mogelyke vlyt aenge-  
went, om van de Zapanders te weten,  
wat sy daer van wisten, maer de beschei-  
den, die sy wegens des Gd. Compf. han-  
del

del hebben ; hebben haer daer in sus  
betre weerwillich gemaekt ; daer sy  
van selfs, qualyk dooz harde afsparligen of  
belesde aenbiedingen van bergeldinge,  
seer ongaern iets van haer wetenschap-  
pen of konsten mededeelen : Ik sal te gele-  
genet tyt myn best doen, om wat moge-  
lyk is te ondersoeken, en niet nalaten  
ue alles te openbaren, ook met eenen,  
op ue begeerte, haer onderrichten, wat  
een voordeel dese inbrandinge de gichti-  
ge aenbruyt ; doch daer syn sy kundig  
genoeg van, gebruykende de inbrandin-  
ge by nae als een algemeen hulp-middel  
in haer meeste stecken en in alle uiterlyke  
gebreken, daerom sietmen haer ober het  
gehele lichaem allenthalven gebzant-  
merkt. De geschorene hoofden syn veel  
sinkingen onderwoopen, welkers aen-  
stokers ( de winden en dampen ) het  
huys dooz die edele Moxa uytdryft. Een  
des Ed. Compl. Opper-Tolken quam  
my, kort booz dat de sluyt Saxenburg hier  
aenlande, al hinkende besoecken, seggen-  
de, dat hy het voet-eubel had, soo dat  
hy de trappen qualyk op of af kon, en  
genoot-saekt was, by een sto: te gaen ;  
Des anderen daegs quam hy wederom  
onbelemmert in syn gang ; welke po:saek  
en schielike veranderinge ik ondersocht,  
en bond syn knie meer dan op twintig  
plaetsen bezant en bepleystert : Doen  
wiert ik hoe langer hoe meer in de won-  
derlyke werkinge van dat heylsamen ge-  
neesmiddel bevestigt. Soo God krach-  
ten

ten en gelegent heyt geest, sal ik my bebbly-  
tigen, ue boecksen op een genees Kun-  
dige leest te schoeyen, niet, om datter  
het sategen aem ontbreekt, maer om het  
selve nae diepste utpluyfingen der heden-  
daegse wat te schikken; daer my de out-  
heyt van groter gewicht dunkt te syn.

Nangasacki den  
19. Octob.  
1674.

Ur dank en dienstschuldige

*Wilhelm. ten Rhyne.*

Post-

## POSTSCRIPTA

*Quae Wilhelmus ten Rhyne Reverendi admodum Viri D. Hermannii Bushovii V. D. M. Tractatum de Podagra legendi obiter notavit, epistolaque inseruit.*

**O**pinionem hanc à primis Medicinae fundatoribus haud aberrare, nec esse novam, patet abunde ex Hippocratis libello de flatibus, Johanne Fieno de iisdem, tum nostri hujus tractatus locis variis, imò hujus ipsius, in quem parum & breviter animadvertimus libelli p. 19. Adeoque sphalma est, ubi p. 12. dicitur, *Si hanc meam de podagra sententiam cum Hippocratis placitis contulerit eruditus orbis, haeticam censebit.* Pag. 4.

In fine adjiciatur; Non semper obstare intensam humorum acrimoniam. Pag. 40.

*Quippe demissi humores non perpetuo pollent ea vi, ut materiam dolorificam appropinquent. Quid ni? Cum & excoriare & erodere periosteum possint, subtilesque transudare poros, acres humores.* 41.

*Post humoris appulsum dolor ut plurimum minuitur, non solum in Arthritide, verum & in odontalgia; imò verò in postrema crebrius.* ibid.

*Hydrargyri infelix usus est in Arthritide; quin è contra quandoque felix & tuta medela.* 47.

*Artificiosa admodum Moxae preparatio est. E contrario* 52.



Postscripta.

trario vulgatissima, lippisque & tonforibus nota; sed *Moxa* adhibitio circumspectionem, inurendorum locorum, electio artem ac prudentiam requirit.

ibid. *Preparatio eadem tanto non est in pretio, ut peculiarem cum Moxa mercaturam (quod nunquam testabuntur oculati) exercent cum Sina tum Japones; ubi vis enim prostat, & quilibet parare novit juxta artem.*

ibid. *In hac Moxe preparatione minime, sed equidem in prima inventione, nullatenus in frequenti usu, Sina praeceunt Japones.*

Pag. 53. *Aromaticos bacillos, quorum hic fit mentio, in universa Japonia ad Moxa comburium ego faltem nunquam conspexi.*

54. *In combusta stupra fundo cinerea quaedam reperiuntur faeces.*

ibid. *Humores sub cute ad incensam stupam decurrere nudo oculo non ita facile nec perpetim animadvertitur.*

ibid. *Inustio haec cuti papulas pustulasve communiter adfricat.*

ibid. 55. *Incensa stupra quandoque ipsam cutem penetrat. Inustio haec in imbecillibus tenerisque corporibus ut plurimum non modo ter, sed saepius; in validis vegetisque quinquies & vicies, imo quinquagies, quinimo pluries instituitur.*

ibid. *Inustio haec dolorem nec semper mitigat, nec semper tollit.*

56. *Escara quanto ocus separetur purisque promoveatur ac aliquandiu continuetur excretio, ut delitescentes commodius exeant flatus.*

61. *Causfica, videlicet potentialia; actualia enim certius, sed majori cum dolore, juvant.*

62. *Vitetur potius phlebotomia, quam, utpote vitæ*

Postscripta.

tæ deprædatricem juxta illos, execrantur Sinæ Japonæque.

*Infantes absque multarum lacrymarum profusione,* 67.  
imo cum commodo & ex facili inustionem hanc ferre, docet Japonia:

Inter administrationis hujus *Moxa* requisita locus inurendus (qui primario notandus, quin in cujus electione omne artificium hoc consistit) negligitur. 68.

Tanto molimine & aptitudine non est opus, ut artista sive ustor tot qualitatibus sit præditus, ut ibi docetur. ibid.

*Moxa* quo vetustior, ut perhibent Japones, eo melior est. 69.

Non est necesse, ut Ampliff. Domini Majores nostri ullam impensam laboremve adhibeant, *Moxa* huic ex *Sina* vel Japonia comparande; Cum in Europa perquam abunde crescat *Arthemisia*, nempe latifolia, quæ ficcata vera *moxa* est, præscripta alibi methodo præparata. ibid.

*Aromatici illi bacilli*, si eorum aliquis esset usus, ornatui magis quam necessitati servirent; quocirca omnia, quæ de iis observanda recensentur, supervacua sunt. Pag. 70.

Verum est, Japonum potentes ex *sandalo*, ligno aloës (sive *calambac*, quo maxime delectantur, ac carè emunt) imo succino, *bacillos* aliquando curare confici, non ut *Moxa* iis incendatur, sed fragrans aliqua materies (præsertim lignum aloës) vivo carboni supersternatur, sive in proprias mollesque delicias, sive in idolorum placamenta. Bacilli autem quibus curiosi ex plebe ad *Moxa* comburium utuntur, ex communi ligno (quibus cibum capiunt, ibid.

Postscripta.

scapiunt, vel metallo, ut stupa figatur, erigaturve, ubi vel digitis suis vel agri plagulae parcere volunt, fabrefiunt.

71. Etiam si ad unius digiti latitudinem erret in loci electione ursor, cura non procedit. Quod nec semper, nec ubique, verum est.

ibid. Loca inurenda visu & tactu dignoscit artifex: Quod sapissime impossibile est; v. g. Si stomachus doleat, vel prostratus ejus sit appetitus, inustio super scapulas prodest; si vasa spermatica debilia sint & involuntaria adit feminis effusio, lumbaris regio & os sacrum cum commodo inuritur à Sinis atque Japonibus, qui adeoque singulares regulas de locorum cognitione composuere.

72. Tumor arthriticus loci cutis elevatione, forma pustulae, prodit. Aliquando, non continuo.

ibid. Præter tactum, doloris sedem indicantem, alia multa, si non evidentiora & pathognomonica, signa habent Japones atque Sineses.

ibid. An Sina ac Japones Arthritidi etiam obnoxii sint, vix operæ pretium est interrogare, cum nulla natio huic malo gravius sæpiusve succumbat.

ibid. Gentes Mauritanie. Sphalma typographicum existimarem: debet autem esse Boreales, uti Sinae ac Japones sunt. Mauri enim ignem in medicina execrantur: Qui vero pretiosissimum hoc remedii genus à longissima annorum ferie obtinuerunt, Sineses sunt, non Mauri, post Sinas sequuntur Japones, hos fortasse præcedunt Ægyptii: Si igitur de Sinesibus ac Japonibus hic sermo sit, illi sane non fortuito, sed multo citius certiusque Arthritidem inurendo tollunt, quam ulla alia in universo terrarum orbe natio. Quod

Postscripta.

Quod porro ex mera pervicacia, superstitione  
& perverso ritu articulare morbum, solo casu  
& fortuna, curent, quia quidem plurimis in locis,  
sibi à suis magistris præfixis, inurant; cum tamen  
inustio ibi demum cum commòdo administratur, ubi  
dolor est: Negabunt Sinæ ac Japones, indefi-  
nità experimentorum fide à multis retro sæcu-  
lis docti, suas inustionis opere regulas & lo-  
corum demonstrationes cum veritate ac con-  
sentiente illi eventu congruere. Ubi autem  
non succedit inustio hæc, non præceptoribus  
suis, sed propriæ imperitiæ, id imputabunt.

*Quævis sine discrimine partes, sive Venas, sive* Pag. 73.  
*arterias, nervosve subjacentes, inuri posse, inex-*  
*cusabilem prævaricationem dicent citatæ jam*  
*sæpius gentes; Ea enim una ex præcipuis in-*  
*ustionis cum Moxa apud illas præceptis existit,*  
*nervi nerveæque ut vitentur partes; vicina au-*  
*tem venis vel arteriis pars uratur; quoniam*  
*multis & majusculis stupis inurant Japones,*  
*metuunt; si illa vasa urantur, posse inde prove-*  
*nientia ulcuscula ipsas eorum tunicas erodere;*  
*vidi etenim multotiens plurimos & profun-*  
*dos ulcerum sinus, periculi haud immunes,*  
*immodica inustione productos.*

*Morosa sane contumacia Europæorum merito* 75.  
*in his terris culpatur, qui ab ethnicis erudiri*  
*erubescunt, quasi ipsimet omnem doctrinam & na-*  
*turalium rerum indaginem absorpissent.*

*Sinuosis ulceribus quosdam in Japonia occumbe-* 76.  
*re, illic ipsemet nonnunquam contuitus sum;*  
*idque maxime ex Medicorum Chirurgorum-*  
*ve inscitia.*

*Nervorum, ligamentorum, &c. vehementi in-* 77.  
*ustione artus aliquando contrahi ac stupefieri,*  
*mihî*

*Postscripta.*

mihi non semel compertum fuit, quod supradicto adversatur statumini; respondet autem experientia.

79. *Scirrhus* difficillime tollitur urendo; nimiaque ac iterata inustio tophis saepenumero nocet.

81. *Flavium differentiam* apprime docet Hippocr. de flat.

83. *De podagra dentium* ex professo tractatum conscripsit Stöbelbergerus; uti ego tum temporis retuli.

89. *Jacobus Jona filius*, de quo hic fit mentio, postea, ut mihi aliorum fide constitit, in recidivam lapsus est.

In cæteris (quæ his, leviter reprehensis, plura sunt) in tractatu vestro à me subdelineatis, convenio.

Dabam festinanter in Insula Decima ad urbem Nangasacque, Hollandorum in Japonia sede, 10 Februarii 1677.

*Wilhelmus ten Rhyne.*

---

• DISSER-

Wilhelmi ten Rhyne, M. D. &c.

DISSERTATIO  
DE  
ARTHRITIDE.

PARS I.

*Aetiologica.*

**E**A demum vera Medicina est, quae morbos ab aegris in totum tollit, & eorum vehementes impetus obtundit; inquit a maximus Græciæ Doctor. Verum ludit medicantes & ipsos sæpe deludit articularis dolor, Medicorum dictus opprobrium: Qui quo intimius afflictiis partibus implicatur, eò & pertinacius hæret, & mordacius torquet. Huic itaque pernicioso & abditissimis corporis latifundiis incarcerationi, sanitatis hosti, eruendo ac destruendo acuenda sunt ingenii organa, iisque referandæ

a Hippocr. I. de arte, §. 4.

B

randæ

randæ delitescens adversarii fores ; persequendus est idem, & probabilitatis manibus detrahenda est larva, ut illius indoles pernoscat, atque ita nudus & inermis prodiens probatis experientiae telis confodiatur atque necetur : Impossibile quippe est, illi, cujus natura & vera essentia ignoratur, morbo congruè tutoque mederi. Atque hinc (pace præstantium etiam in arte medica virorum hoc dixerim) elusit eorum operam pertinax illud articulorum vexamen : Ubi multi, (b) ἐν βιβλίῳ κνερρήται, in sola causarum (in quibus etiamnum admodum prævaricantur) enucleatione atatem terunt, remediorum formulas, si quas habent, ex aliorum penu hauriunt, ad Lydium experientiae lapidem rarerent exploratas : Alii vero, & quidem majoris faciendi, de salute proximi, quam de scholarum diffidiis, impensius solliciti, therapeuticis mediis & rationibus pressius insistent, hæctenus (quod dolendum !) exiguo arthriticorum levamento.

(b) Ita ironico vocabat proverbio Medicos, ex sola librorum lectione eruditos, Galenus.

Ad quos tollendos obices, necesse est ut distinguantur Arthritidis causa remota, proxima sive continens, situs, locus, affectus, viæ quas continens causa pervadat, signa pathognomonica: Denique ut symptomatum ab ipso morbo, & (c) qualitatum mutatarum ab actionibus læsis fiat discretio. Quibus ordine observatis & sedulo

(c) Sic juxta vulgi sensum, non proprium censum, loquor ; uti ex meis meditat. in Hippocr. text de vet. Med. §. 24. in concisis meæ juventutis primitiis, percipere est.

exami-

examinatis (huic hinc inde tractatulo inferendis) facilius ad felicem hujus ægritudinis curam aditus patefcet.

Miffa igitur \* etymi indagine (qua plurimi authores in morbis describendis luxuriant) (d) Arthritidis hanc damus (e) periphrafin; (f) Arthritis est præternaturalis periostei, parvus, plerumque invisibilis, atque intrinsecè delitescens, tumor; ex (g) sicco, frigido & maligno ortus flatu; qui per arterias sanguine subvectus contractivo cordis motu ad artus eorumque præprimis articulos expellitur, & ab ossibus periosteavi divellit; cui interstitio impactus flatu hic inibi tenacissime hæret, dictamque tenerissimi sensus membranam distendit, acerbi adeo doloris author, ut & ipsum membrum in suo motu quandoque impediatur.

\* Arthritidis tamen appofita Iben-Sinzæ est derivatio à radice quæ fonat, pulsare, percutere, confringere, conterere, conquassare: quæ sane analogæ sunt nostræ opinioni de Arthritide accidentia.

(d) Per quam non omnem articulorum, sed qui præ cæteris acer-

bis est, dolorem significo. (e) Paradoxam equidem; nedum definitionem secundum Logices præcepta compositam; hæc etenim veritati, præsertim in rebus physicis, sæpe inimica est; dum multi scriptores definitionibus formandis, quàm veritati inveniendæ, plus operæ multoties impendant. (f) Vera videlicet, non notha.

(g) Ἀπὸ τῆς ἕνεκα (ἀναδύμιασεθ) ἀνεμὸί τε ἢ πνευμάτωρ διασποραί. Aristot. de mundo cap. 4. & paulo infra; Ἐκ τῆς ἕνεκα ὑπὸ ψύχου μέν ὠθεῖται ὡσεὶ πύρ.

Intrinsecè delitescentem tumorem voco (ut præcipua tantum paradoxæ descriptionis, quæ tamen suos in antiquitate patronos reperiet, capita attingam) ut ab aliis flatulentis tumoribus distinguatur; quippe ubi hi inter cutem & carnem, vel musculorum intercapedines, jacent, hic sub ipsa, ossa cingente, pellicula occultatur.

B 2

Par-



Parvum & plerumque invisibilem appello, non quod ignorem perspicua tumorum in hoc morbo indicia, verum ne in lapidem, in quem tot eximii varii seculi Doctores impegere, & ego recidam: Discriminandum enim est inter morbum & ejusdem symptoma, tum inter tumorem morbo articulari proprium (qui quamvis parvus, unicum tamen doloris incitabilem, est) & tumorem articularum dolorem subsequentem: A primo quippe insultu dolores hi sine ullo tumore (plerumque, ut (b) Willif. vult, ego autem, semper) oriuntur; tametsi postea circa morbi statum pars affecta non raro intumescat. Nemo enim facile negaverit (nisi speciosa authoramenti fides, vel præjudicantis ingenii error, ipsum occæcarit) humorem serosum, qui istam, quæ in Arthriticis visui tactuique patet, extumescentiam concitat, non esse veram articularis morbi causam, sed ejusdem tantummodo accidens; quippe dolor hic in primo impetu intensus admodum est, ubi vix ullus, quin in quibusdam (i) nullus, etiamnum apparet tumor, quo prodeunte, (k) ille utcumque saltem minuitur. Quam quidem statumi-

b Cap. de arthritide.

(i) Huic experientia fidei suffragium addit Petr. Salius Diversus de

affect. partic. cap. 17. ubi de Arthritide à siccitate; Articularum dolores, inquit, ex sola articularum viscatione & compactione, omni tumore absente, ex sola inspectione prudenti Medico parere possunt. (k) Aposite Galenus de loc. affect. lib. 2. cap. 2. Nam excreto quomolibet è sinu humore, protinus dolor conquiescit, nisi ambientia sinum corpora adeo distendantur, dilatenturque, ut inflammatoria dispositione torqueantur.

nis

nis veritatem aliqui, cum (l) priorum, (m) posteriorum, non infimæ notæ, Medici eminens prospexisse videntur; verum qui sententiæ parum tenaces ad primam Scholasticorum opinionem resisterunt; quos inter acutiores peccantis feri indolem investigant, atque ad politicissimam (n) magni illius Coi cotem fricant, non de qualitatibus, sed de qualibus, vitis, sapore arbitro, iudicium ferentes; ubi quidam falsum acre, alii acre acidum, vel cum amaro mixtum, humorem nempe, veluti continentem causam, culpant: Illa equidem (o) ubi secreta fuerint, atque ipsa in seipsis extiterint, tunc & conspicua fiunt & hominem lædunt: (p) Spiritus vero, qui in corpore flatus vocatur, (q) morborum ægrotis solus est author. Atque ut nervoso Hippocratis patrocinio omnes meæ causæ partes succinctim absolvam; (r) Spiritus, inquit, de Rheumatibus generatione differens, (s) convolvitur cum sanguine propter angustiam viarum, (t) tenuissimum autem ipsius sanguinis per (u) venas excluditur, atque id ipsum tenuissimum liqui-

(l) Guainerii scilicet & Gradii, qui ventositatem hic producant. (m) Sennerti, Beverovicii, & aliorum.

(n) Hippocr. de vet. Med. passim.

(o) Sic idem ibidem §. 25. & 28.

(p) Idem lib. de flat. §. 4.

(q) Ibidem §. 6.

(r) Non tantum vitales vulgo dicti, verum etiam noxii, sanguine subvecti, flatus in præternaturali nempe con-

stitutione, qui hic à me intelliguntur. (s) Sive circulariter; secus ἐρεϊλῆα proprie significat, involvo & implico. (t) λεπτότατος quo viscosum illum flatum indigitari puto: Tenuissimum illud alibi παυσώδες, sive fuliginosum, vocat; ita dilucidus est textus lib. 6. epid. Sect. 6. Calidissima venula sanguinis multitudine id quod fuliginosum est, exerit & statim secernit. (u) Hippocrates usitata antiquis notione φλέβων nomine arterias sæpe (illas saltem hic indigitari volumus) comprehendit, uti Galenus aliique testantur; ita enim Pergamenus in Hippocr. lib. de rat. vict. φλέβας μὲν γὰρ ἢ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν αἱ παλαιαί.

(m) Quos ego dum quum coacervatur per (m) alios  
 & extrema ar- meatus fluit; & ubi tandem cumulatim  
 ticularum osti- progrediens confiterit, ibi constituitur &  
 ola esse suspi- morbus.

cor: Illustris  
 est textus

apud Petr. Salium Diversum de affect. part. cap. 16. ubi de  
 arthritica materia viis disputat; Per propria vasa, ait, per quæ  
 universo corpori materia ingesta communicatur, quæ sunt Vena &  
 Arteria, sanguinique commixta per eorum ora excidit. Hic in  
 plurimis nobiscum concineret, nisi in humoribus cum cæteris hære-  
 ret acutus author.

(x) Ita confo-  
 napter Willi-  
 sius de Arthri-  
 tude; Phlogo-  
 sis aut œdema  
 doloribus ar-  
 ticulorum su-  
 perveniunt.

(y) Hippocr.  
 de flat. § 4.

(z) Spinæ  
 lancinantem  
 pleurae dolo-  
 rem, Arthri-  
 tidi affinem,  
 assimilat Hel-  
 monius.

\* Centur. 2.  
 Obs. 38.

Duplicem ego in articulari dolore tumo-  
 rem, internum scilicet & externum, alte-  
 rum plerumque mentis, alterum corporis  
 oculis conspicuum, hunc ab humore &  
 (x) per accidens (uti Scholæ amant loqui)  
 illum à flatu (y) (qui in omnibus quæ cor-  
 pori accidunt, maximus & Author & domi-  
 nus est) per se ortum, contueor: Inter-  
 nus ille, licet parvus, dum ocularissimi  
 etiam visum sua latitatione frequentius  
 fugit, sui inde non arguit figmentum:  
 Et quamvis Arthriticis plusquam commu-  
 nis sit hæc, plerumque invisibilis, (z) spi-  
 na doloris, ut quotidiana observatione li-  
 quet, alias tamen partes præterea laceffere,  
 docent Practici; Sic musculos abdominis  
 vellicante dolore (nullo vel tumore, visi-  
 bili nempe, vel intemperie, comite) com-  
 morderi advertit \* Hildanus: Ubi an-  
 delituerit abscessus, ambigo, fueritne fla-  
 tus, qui dolorem succenderet punctorium;  
 quem quoque in Pleuritide eandem (sola  
 partium situ distinctas) quas in Arthritide,  
 latebras

latebras incolere suspicor : Incidisset ille abdominis musculos, (tamen si nihil in cute appareret) flatus, ut opinor, pro pure exantlaturus. Si non spuatur, (a) inquit Hippocrates, agens de Pleuritidis adminiculis, sed sui indicium ad latera præbeat, nimirum pungens ille dolor, secato aut urito; ut causam doloris, flatum, abstrusi tumoris fabrum, evellas. Gravissima argumenta suppeditaret (b) veterum sectio, (c) terebratio, inustio, (d) partis cuiuspiam amputatio; cruenta secus medicandi genera: Attamen luculentior ex Sinarum Japonumque panacea, moxæ comburio, hoc est, artuum, cum herbacea stupa inustione, haud ita crudeli, probatio affluit. Quinimo omnem dubitationem tollit acum punctura, in plerisque, à noxio flatu (invisibilis tumoris authore) oriundis morbis, apud Japones usitata, Europæis incognita; de qua ex professo in Postliminio, de cæteris hinc inde ἐν παρόδῳ.

(a) Lib. 3. de morb. 6. 26.

(b) De qua ita Hippocr. 1. 6. epid. Sect. 6. In doloribus proximè ventris (dicit autem alibi, musculos habere ventres: Quippe lata est *νοτιάς* significatio, ut apud Foëf. in æcon. Hippocr. &c. videre est) se-

cato. Et paulo post, ustio, sectio, calefactio: Et sic abrumpit. Secus sectionis & ustionis in doloribus emolumenta recensentur ab Hippocr. variis in locis. (c) Terebrationis varia in variis morbis exempla tradunt quoque nostri ævi scriptores in observ. suis: Ita in lue venerea dolor ille osteocopos (à malignis forte flatibus oriundus) terebra quandoque domatur & dissipatur. Hujus terebrationis cura præterquam apud alios etiam extat in append. observ. Lamweerdii ad Sculteti armam. Chirurg. p. m. 658. (d) Namque Authores fide digni memorant, membro cui morbus (articularis scilicet) insidere solebat, extirpato aut graviter vulnerato, ægritudinem sine recidiva evanuisse pariter quidem ac in odontalgia (Arthritidi congenera) gravissima ac diuturna, avulso dente affecto, laetissime curatur; ut Willis loco citato confirmat.

Flatus hic princeps morborum fator, imo vitæ necisque author, existit; tanta enim illius extat omnibus corporibus necessitas, ut siquidem omnibus aliis abstineat homo, neque cibum sumat, neque potum, possit tamen dies duos vel tres & plures ducere; si vero cui spiritus in corpus viæ intercipiatur, ut brevi parte unius diei intereat; ut vel hinc quanto usui Spiritus corpori sit, liceat æstimare: Sunt verba (e) Hippocratis. (f) *Tres autem sunt qui testificantur in terra; Spiritus* (hic eodem generali vocabulo cum Hippocrate utitur D. Apostolus) *Aqua & Sanguis, & hi tres in unum consentiunt*: Consonanter (g) Hippocrates; A triplici nutrimento omnia corpora, cum hominum, tum reliquorum quoque animantium, sustentantur; Cibo, Potu, Spiritu; Cibo, tanquam primario sanguinis pabulo; Potu; optimus autem potus aqua est; Spiritu, veluti (h) cibi & potus vehiculo, sanitatis fundamine ac morborum incitabulo: (i) Unumquodque vero ad omnia & omnia ad unumquodque idem sunt. Non igitur probabile est, morborum aliam esse originem & causam, quam spiritus flatifve, qui prout vel copiosiores vel parciores corpori se insinuant, eo morbus vel gravior vel levior existit; prout vel magis vel minus maligni simul & multi, eo vel majus vel minus contagii ægri tudines adferunt: τὸν δὲ πᾶσαν ἀρθρίαν ὁ μὲν πρῶτος ὁ αὐτός. Unum igitur est morbi genus, videlicet dolor; una est morbi causa, nempe

(e) Lib. de  
Har. §. 4.  
& 6.

(f) 1 Joh.  
5. 8.

(g) Lib. 1.  
de diet. §.  
6.

(h) Lib. de  
aliment.

(i) Lib. 1. de  
diet.

nempe flatus ; sed locus ipse eorum differentiam facit : Atque ita ad ipsa opera sermonem convertens Hippocrates, demonstrat, omnes morbos ex flatibus oriundos, corporibus innasci & generari ; idque primum in communissimo morbo, omnium fere morborum comite, febre, ostendit ; quam in malignam, & à mala diæta ortam dispefcit ; utriusque generis causam & auctorem statuit flatum, qui per univsum corpus permeat, sanguini miscetur, atque ita fontem & radices sanguinis feriens, horrorem excitat, cujus indicantia signa pandiculationes artuum & oscitationes (flatuum perspicui indices) sunt : Confirmat porro sententiam suam per volvulos, intestinorum agitationes, tormina atque oppilationes ; quorum omnium causam constituit flatum : confirmat per rheumata, & sanguinis in pectus effluvium : confirmat per oculorum dolores, auriumque, per raucedinem, tussim, hydropem, syderationem, morbum denique sacrum & alia omnigena : Quorum omnium causas flatus esse docet ; quas vero alii causas commemorant, vel pro antecedentibus, vel pro consequentibus habendæ sunt. Sed ut exquisitas has delicias, ex incomparabili physio-  
sophia depromptas, & irrefragabili experientia suffultas, probis cocta crambe non apponamus, industrium relegamus lectorem ad (k) authorem ipsum : Neque enim porro tam arduum, quam quidem longum, foret, singularum, quas Hippo-  
crates

(k) Hippocratem de flatibus.

crates etiamnum præterivit, ægritudinum causas ex hisce deduxisse flatibus, qui pro varia temperie & figura loci affecti viscerumque quæ feriunt, varios generant morbos & accidentia: Quippe insultantes & expandentes cerebri meninges, cephalalgiam; in ipsum cor impetum facientes, palpitationem, uti in adjecta ad calcem febris cardiacæ descriptione patet; dentium prostrantes tegumentum, odontalgiam; obruentes pulmones varia in iis incommoda; costas succingentem membranam lancinantes, Pleuritidem; in periosteum subrepentes, Arthritidem; nervos afficientes, nunc convulsivos motus, aliàs stuporem, Epilepsiam, aliasque calamitates, inferunt: In postrema autem hac affectione, observatu dignum est, quod in quibusdam ægrotis Epilepsiæ, ex peculiari corporis parte, manu, v. g. vel pede, sensibiliter subpulsulet; ubi male feriat ille flatus juxta nervorum furculos provolutus, & in venulas semet insinuans, sanguinem una inficit, atque ita cor atque cerebrum succutit, unde præternaturalis plerarumque corporis partium motus cum sensuum, cum interiorum, tum exteriorum, læsione sæpe exoritur; hinc capitis dolor & vertigo, faciei pallor, artuum albor, linguæ titubantia, cordis pavor mœrorque, manuum complicatio, oris spuma, aliaque gravia symptomata, prodeunt. In tragica hac scena principem personam induit malignus ille flatus: Quem quasi per transe-

nam

nam prospexisse videtur perspicax (l) Fer-  
 nielius; visa est (inquit de Epilepsia ex  
 singulari parte exfurgente loquens) quæ  
 à summo capitis vertice originem haberet,  
 è quo vapor quoquoversum excurrens, si  
 per externas partes solum vagabatur, ver-  
 tiginem; si intro penetrabat in cerebrum,  
 Epilepsiam ciebat; omnium autem mani-  
 festissima hæc species deprehenditur; ex  
 ea quippe sede in qua mali fomes delite-  
 scit, prehendente accessione velut *aura qua-*  
*dam frigidior* (concinna nostræ sententiæ  
 verba.) per continuatas partes in cerebrum  
 efferi transcipitur; cuius etiam impetus  
 incipiens injecto arctiore vinculo quando-  
 que intercludi cohiberique potest. Quod  
 ipsum ampliff. (m) Tulpius confirmat,  
 morbi comitialis causam instar *alicujus*  
*auræ* in principes nostri corporis partes  
 sese sensim insinuare, docens, ubi refert,  
 quendam ægrum comitialis morbi exacer-  
 bationes manifestamque originem ex pol-  
 lice pedis sinistri sumere persensisse, inde-  
 que ab ipso articulo vagum & oberran-  
 tem elevari *vaporem*, primò quidem genu  
 ac humero, dein vero cervici, ipsique  
 cerebro, molestum, &c. vel serius vel o-  
 cyus, prout venenata materia vapores suos  
 citius vel tardius emitteret, &c. Contra-  
 hebantur quidem omnes nervi, sed potif-  
 simum illius partis, ex qua malignus va-  
 por speciatim in cerebrum fuisset dela-  
 tus: Quæ venenosa fruges in herba potifsi-  
 mum oppressa est per arctius vinculum  
 pollicis

(l) Lib. 5.  
 pathol. cap. 3.  
 Aliquando  
 etiam mate-  
 ria quædam  
 ex crure re-  
 cta ascendit  
 per femur &  
 lumbos &  
 dorsum, & in  
 basi cerebri  
 subsistens de-  
 repente Epi-  
 lepsiam gignit,  
 ut videre  
 est in puero  
 epileptico,  
 cujus Galen.  
 lib. 3. de loc.  
 affect. cap. 5.  
 meminit. Ta-  
 men illa nihil  
 aliud est  
 quam *αἴμα*  
*πνευματικὴ*  
*ἀσπὴς αὔρα*,  
 quæ facile vi-  
 am invenit.  
 (m) Lib. 4.  
 obs. 2.



pollici supra articulum tam strictè circumligatum, ut coercitus halitus ne minimum quidem invenerit exitum ad superiora deinde evolandi : Postea dolenti articulo impositæ cucurbitulæ angusti oris; sed non tamen penitus cedente malo, admotum aliquoties pollici fuit candens ferrum, & inustum ibidem loci ulcus ad os usque penetrans; cuius beneficio malum hoc imprimis fuit devictum, uti etiam per reliqua manantia ulcera, quæ cruribus ac brachiis fuere imposita, quæ tamdiu manere aperta, donec post mensem tertium morbus ex toto defineret, ægerque pristinam recuperaret sanitatem, extra omnem recidivæ metum : Simile exemplum habet cum simili successu idem prælustris Author observ. proxime seq. qui quoque per vesicatoria ex cantharidibus interiori femoris lateri applicata, virulentum hunc flatum, ab utero oriundum, epilepsiamque & cæcitatem suscitantem eliciebant, atque ita ægrum à gravibus hisce malis liberabant. De his acutè magis, quam vere, mea quidem sententia, philosophatur eximium illud Medicinæ decus Thomas Willisius in pathol. cerebr. ubi adversantes sibi particulas sulphureas & nitrosas ab occulto quodam igniario incendi contendit; ast majorem fidem meretur accuratissimus ille idem *νευρίτιος*, ubi in egregia sua cerebri anatomie nervorum quosdam apices in contortuplicatos nodulos desinere demonstrat, unde facilius intelligere est, quomodo epileptica

leptica illa materies peculiari cuidam parti incarceratur, ubi novo augmento crescit, usque dum sua repagula effringens effrænes edat effectus. Hic si quis mentis acumen causarum indagini intendat, haud adeo tantæ molis opus inveniet, stupenda, atque hæctenus non planè & plenè enucleata (quod tamen haud perperam tentavit Willifius) paralyticorum, lunaticorumque (de quibus D. Evangelistæ memorant) accidentia, salva miraculorum sanctimonia, in suis causis explicare. Sed in viam.

Flatus ille reconditi istius in Arthritide tumoris causa existit, quæ omnem doloris tragoediam in articulis agit; in qua tot sanitatis hostes in scenam prodeunt, quot punctio-  
num tela vibrant, quot pulsationum fulgura micant, dolorificæ expansionis periostei satellitio stipata furialium flatuum vermina: Ubi digitus pulsantem tangens arteriam, de doloris præsentia judicat: Visus tamen haud semper, quamvis communiter, hoc iudicio excluditur; cum hæc extumescencia (à paucissimis practicis pro Arthritidis genuino nuntio habita; quoniam manifestum tumorem ejusdem testatorem continenter appellant) sub forma pustulæ, cutis parum distensæ sobolis, se prodat, affecto firmiter infidens loco, non equidem promiscuo: Sed quando non tam articulos artuumve juncturas, quam illorum interstitia, nodorum in venerea contagione vulgatam sedem, arthritica causa occupat; & quando

do dolor intenditur ; cum videlicet natura robur, frustraneo tamen molimine, omnes nocivo huic hosti eliminando vires impendit ; tunc, inquam, præsertim prorumpit ultro Medicorum seductrix pustula hæc. Testis est Burdegalenfis illa apud Pareum Domina, cujus femur, tali pustula obsessum, ambiguum tenuit regium hunc Practicum. Hanc articularis doloris indicem pustulam in se & aliis non semel expertum fuisse, hunc maleficum articularum carnificem artis conscia dextra, exemplo Sinarum Japonumque, per ignariam floccivolæ plantæ stupam in semet (n) aliisque compefcuisse, primus mihi author fuit Rev. D. Bushovius, multis nominibus mihi venerandus.

(n) Inter alia exempla & hoc referebat vir pius, Martinum Fabrum Uratflaviensem, dextræ pedis captura vexatum, sine notabili humorum affluxu, acerbis etiam si esset dolor : Cujus focus in media pedis superficie erat, pustula forma efflorescens ; quem Japonica Moxa curaverat illico, ut qui pede modo captus, statim post inuisionem ad suum opus expedire rediret.

Enimvero omne probationis molimen in proximæ, sive continentis causæ stabilitate consistit : Tantæ enim erit hoc molis, quanta scriptorum de illa inter se, & cum illis inter nos, est discrepantia ; Tanti namque de hac causâ rectè judicasse, quanti integri Medici morbum hunc tuto curasse, refert ; in hac quippe qui cæspitant, empirica incertitudine malum aggrediuntur : Nam plerique authores in contraria ire, suasque sententias mutuò refellere, quam à ratione lumen, vel ab experientia

perientia consilium, petere malunt, non tam eventus veritatem, quam præjudicate opinionis æquipondium, pensantes: Ubi hic nudam (o) intemperiem; ille (p) quatuor humorum vitia; iste (q) frigidam pituitam vel tenue serum; alter (r) pituitam simul & bilem peccantem; \* alius sanguinem, eumque impurum, crudum & ἀπυρρόν alius (s) serum muriatica falsave acrimonia noxium; alius (t) iterum spiritum salinum; alius denique (u) ventositatem atque unã quatuor humorum intemperiem ((v) secretionem potius) reprehendunt magis quam deprehendunt: Ego vero, præeunte medicorum antistite, extremum clauserim agmen **ARTHRITIDEM A SOLIS FLATIBUS**, (x) morbidis fordibus inquinatis, vel (y) flatuosa ventositate oriundum, quos si sequatur humiditas, (z) aëra

lianus lib. 11. (q) Fernelius pathol. lib. 6. cap. 17. (r) Spigelius de Arthritide. \* Quippe Sachetus in retract. de podagr. & arthrit. Morb. Podagrici morbi principalem causam credit esse sanguinem, cui impura atq; extranea materia miscetur. (s) Veluti moderatior Chymicorum pars. (t) Ita etenim Joh. Loeselius de podagra; Doloris essentia in molestia dolorifica consistit, quæ ex perceptione objecti improporionati oritur; objectum istud hoc loco (in podagra) nihil aliud est, quam spiritus quidam salinus. (u) Jac. Scidelius causam Arthritidis proximam seu continentem duplicem facit; humores & flatus. (v) Διδυκισμὸν vocat Hippocr. de vet. med. De illa autem juveni manu meam sententiam ob. ter prompti in meditat. super ejusdem libri text. 24. (x) Hippocr. lib. de flat. Sect. 6. (y) Seu ἀνεμία lib. 2. epidem. sect. 5. (z) Lib. de flat. Sect. 18. ubi tympanitidis causam enodat; Sectionem & usionem hydropicis præscribit. Aphor. 27. Sect. 6. Et de tuberculo in pulmone; Quod si non erumpat, secato aut urito: Lib. 2. de morbis, Sect. 55. & 60. Ante & retro urito ex partibus utroque loco, & sic sanus evadet; loquitur de rupto dorso vel pectore. Atque ita passim usionem (flatuum eradicationem, & sic eorundem à posteriori probationem) in multis morbis injungit,

illi

(a) Aphor.  
16. Sect. 3.  
Ubi per ficci-  
tates non in-  
temperiem

illam partium solidarum, sed consumptionem glutinosæ humiditatis, qua naturaliter nutritur & ad faciliorem motum subjungitur articulus ipse. intelligi vult Petrus Salius Diverfus de affect. particul. cap. 17. Ubi de Arthritide à siccitate agit. Ego vero, si de causa continenti (ut Hippocrates hic de antecedenti) sermo sit, flatum indigito. Etiam si has siccitates de Arthritide accipiendas neget Holerius lib. I. de morb. intern. cap. 63. Mercatus tamen arthriticidem etiam per siccitatem humiditatis, ἀπὸ τῆς ὑλιχρῆσαιος, intra cavitatem articuli ad faciliorem motum præstita, oriri posse contendit.

(b) In coxendico dolore & homopla-rie, carnosæ illis in locis, vix quicquam tale deprehenditur. Vide Plater. prax. Med. lib. 2. cap. 16.

(c) A patientis sensu, non proprietate flatum, ita appellatum.

Sed hæc suis patronis remitto adversarum partium dissidia, hinc præcipuè exorta quod, ut jam dictum, morbi hujus causam, ab accidentibus non bene discreverint; quorum maxima pars tenaci humorum deliquio adeo delirat, ut illos arthriticos esse recusent, qui humorum carent affluxu, quem tanquam συνεκτικὴν articularis morbi causam produxerunt; tamen si plurimi dentur arthritici, in quibus ne vestigium illius affluentia (b) tumorisve apparet, quos tamen, quod magis est, intensior vellicat dolor, quam qui hujus prolabantis humoris insultum sustinent, in quibus cruciatus prodeunte extumescencia plerumque sedatur. Articulorum hæc tormenta unicam sui effectricem seu continentem causam agnoscunt flatum (c) siccum, frigidum & malignitate quadam comite vitiosum.

Ego

Ego post carecta laterem perniciofa contradictionum tela veritus, ni Hippocratis scuto tutior, & experientiae stabilimine audacior veritatem, quam auctoritatem, majoris facerem, nullus dubitans, quin plurimi, modo experientiam consuluerint magistram, paradoxo huic statumini sint assensuri, dum ipsimet antecedentiam gregem sequentes, (d) probandi scopum veritatis fundamentum sibi supposuerunt. Verum ipse vide, ne tua hypothefi articulare dolorem flatulentis tumoribus accenseas, regerent forte aliqui: Imo vero in hoc consistit illius essentia, hic explicandus est nodus.

Sufficeret, quod authoramenti pondus spectat, sub solo antesignani nostri vexillo velificasse Hippocratis; fuere tamen & alii, qui ventositatem Arthritidis causam statuere, referente Sennerto, Guainerius videlicet & Matthæus de Gradibus: Commemoratur etiam Guido de Cauliaco, strenuus caterum quatuor humorum defensor, se in canonibus Pontificum legisse, hunc morbum à flatibus ortum ducere: Præterea regius ille in Galliis Chirurgus proximam Arthritidis causam tenuem & fuliginosam materiam, seu, uti ego opinor, subtilem, & morbidis fordibus inquinatum flatum, constituit: Loquitur ille, fateor, de vaga, non de vera, Arthritide; quas non essentia, sed flatuum tenuitate vel densitate, discrepare ominor; ubi illa flatuum mobilitate viget, hæc eorundem fixi-

C

tate

(d) Hippocr.  
de vet. Med.  
§. 1.

(e) Fernellius loco statim allegando. Ab aliis autem partibus extra cerebrum collocatis epilepsiam oriri, abunde docent practico- rum ob- servationes; atque ego non semel adver- ti ipsemet epilepsiam cum e mani- bus tum e pe- dibus produ- ctam; cujus authorem fla- rum hunc malignum flauo, qui igniario to- mite non in- diget, ut he- terogeneæ partes explo- sione quadam eandem excitent; uti ingeniosè alius disserit Willis. in pathol. & anatom. cerebri; cujus, plausibilis equidem, hypo- thesis vereor ne elegantior, quàm verior, sit. (f) Cujus causam vaporem ab utero frigidi, &c. constituit Fernel. pathol. lib. 6. cap. 16. (g) Libr. 7. epidem. §. 34. (h) Signa sunt ructus & strepitus circa ventrem & lumborum tumores, & dolo- res circa renes ac coxas. (i) Libr. de flat. §. 14. (k) Ibid. §. 4. (l) Lib. 1. de podagric. & morb. podagr.

tate affligit: Quinimo multi non infima fortis Practici, odontalgia, cephalalgia, pleuritidis, nothæ saltem, colicæ passionis, (e) epilepsia, illius præsertim quæ a qua- vis parte extra cerebrum sita suscitatur, (f) hysterica accessionis, (g) plurimas enim uteri affectiones (h) flatus faciunt, ait Hip- pocrates; qui quoque alias infirmitates (sicut ante notatum) prædictis (i) addit, veluti volvulos, agitationes intestinorum, tormina atque oppilationes, aliasque (quas sigillatim pertractat) febrium insuper & ali- orum morborum causas idem illustri- auctor flatus, alii vapores, alii insimul halitus, ponunt: Illos autem morbos nomine, loco affecto & accidentibus, non vera essentia continenteve causa, ab Arthritide differre censeo, imo tam arcta affinitate conjunctos, ut alter in alterum sapissime degeneret; quorum omnium stirpem articulare- m dolorem suspicor, cæteros quasi stolones: (k) *ἡ δὲ δὴ νόσων ἀπαστῶν ὁ μὲν τρέπος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ πέπλος διαφέρει.* Hincine (l) Paracel- sus in capite, suturis cranii, orbitis oculo- rum, aurium anfractibus, in naso, mento,

costis,

costis, ubi cum sterni cartilaginibus connexionem habent, in renibus, in vesica, ac membro virili, podagram locavit? Scripsit etiam tractatum de podagra dentium Stobelbergerus, & lateris dolorem podagricum vocavit Caivaccius.

Enimvero, si auctoritati ultra litandum, luculentior mihi copia suppeteret in Japonum praxin & Sinarum Monumenta inquirere, quam mea cum nostratibus Doctoribus, vel etiam *(m)* mutis, censa conferre; illi igitur vitiosum flatum articularis morbi causam proximam unanimiter enuntiant, & firmissimo inustionis suæ experimento idem comprobant. Tria namque sunt, effantur Sinenses Medici, à quibus corpora nostra reguntur, videlicet calor nativus, humor radicalis, & spiritus; quos caloris vehiculum, quorumque officinam pulmones (à quibus sanguinis circulationem ordiuntur) statuminant: ab illorum autem temperie vel intemperie, excessu vel defectu, conjunctione vel dissociatione, constitutionem vel bonam vel malam, vitam quoque & interitum, pendere existimant, articulare malum à noxiis spiritibus seu flatibus deducentes.

Nil me movent aliorum hallucinatio, qui vapores licet & flatus proximam Arthritidis causam hæsitanter dixerint, à sua sententia deinceps recesserunt, monentes, morbos à flatibus genitos non adeo pertinentes esse, quam articulorum ille crucia-

*(m)* Sive libris, quorum in remotissimo hoc orbis tractu curta mihi supellex est.



(π) Hippocr. lib. de affecti-  
on. §. 31,  
32. Podagra  
quippe est vi-  
olentior om-  
nibus circa  
articulos mor-  
bis, diutur-  
nissimus ac  
ægre cedens,  
longus qui-  
dem & mole-  
stus, sed non  
lethalis. At-  
que 6. Aphor.  
49. Morbos  
podagricos in  
quadraginta  
diebus de-  
mum decede-  
re dicit.  
(ο) Ibid. §.  
32.

tus sentitur ((π) τῶν πολυχρονιάτων & ἢ  
δυσπαλάκτων & ἢ πνοομονιμάτων & ἢ ἐν  
ὄστέοις πολλοῖς τε ἢ πυκνοῖς) & flatulen-  
tos tumores reliquis facilius dissipari. Eva-  
nescunt quidem leviter (quamvis non sem-  
per) flatus, quamdiu sub cute resident,  
vel musculorum interstitiis insinuantur:  
Ast cum ad intimos ossium carceres mem-  
branaceo sepimento obvallantur, & pro-  
fundas latebras tenent, ut in articulari  
aliisque, ex occultis flatibus productis mor-  
bis fit, dexterrimum Medicum etiam spe  
sue curæ frustrantur; non quod suapte  
citimæ evaporationi plane tergiverfentur,  
optatæ diu (Europæis incognitæ) medelæ  
iniqui: (ο) Quantò enim in tenuioribus fuerit  
venulis flatus & in plurima corporis neces-  
sitate constitutis, & in nervis (nervosisve  
partibus, membranis, &c.) & ossibus mul-  
tis ac densis (eorumque tegumento, peri-  
osteo) tanto durabilior est morbus & qui  
ægerrimè depelli possit. E contra intri-  
cata pertæsi claustra exitum quærent fla-  
tus, nisi sua densitas, præcipue vero tenax  
spissumque periostei retinaculum idem pro-  
hiberent; ubi imbecillius calidum densos  
flatus ita rarefacere, ut ab ipsis quasi me-  
dullis emergentes, confertissimos & peni-  
tissimos periostei ac cæterarum partium po-  
ros penetrent & evaporent, impar est.  
Tandem si ex curationis successu de causæ  
indole judicandum, flatus erit, qui ignita  
levis herbæ mollugine facile expellitur: tum  
si ex morbi accidentibus de productricis  
ingenio

ingenio censere licet; flatus erit, qui (p) ex una in aliam partem, è manibus in pedes, imo ex uno in alterum poplitem, nunc sursum, alias deorsum, pernicious quasi volat alis: Cum ita velocis naturæ humorem nullum in corpore cognoscerem; flatus erit, qui crebro impetu, rabidoque turbine & agmine sævo in articulos ruit: Verbo; maximus ergo articularis doloris author & dominus flatus erit: Quod erat probandum.

Ludificantia flatuum tripudia & (q) verminantes eorundem cruces mihi comprobavit Tubantinus Jureconsultus, exactus propriæ ægritudinis observator; modo liceat intercalaria narratione statuminis firmare fidem: Hic sexagenarius, tenuioris habitus, atrabilarius, hæc mihi de sua retulit valetudine; Adolescens incubo premebatur multotiens, factusque juvenis prælibato quamprimum vino, quod sævus parcè satis sumebat, postera communiter nocte per universum corpus sub cute flatus identidem sensit, per gracilia vascula serpentiformi motu prorepentes, dolorificæ pruriginis incitabula, levi frictione manus compescenda: Seni, post vini potum, rediere flatus, multis annis sopiti, atque in occipite nati calvariæ verticem ascendunt, unde frontis totamque faciei cutem subibant ocys iterum evanidi: Hoc sibi hæreditarium regerebat malum: Postmodum abdomen atque manus plurimis majusculis pustulis, alta cute emergenti-

(p) Exempla plurima quotidiana præbet observatio; plurima etiam exhibent auctores; inter alios, Horstius lib. 3. part. 2. observ. 13. &c.

(q) Phrasis Arnobii, contra gentes, lib. 1.

bus, caput verò vix super epidermida effe-  
rentibus, obfita cum dolore pruriebant;  
quæ pertusæ lentum effundebant serum,  
reliqua cutis hirta imbibebat: Postea, ca-  
lorem ingentem in dorsi spina studiis præ-  
fertim affidens, percepit; hunc alvum sub-  
ducentibus pharmacis expellere conatus,  
ferocem in sinistro hypochondrio æstum su-  
stinuit, superiores anxii corporis partes vi  
repetentem. Hæc ante mutua familiarita-  
tis commercium perpeffus, de fequentibus  
præfens mihi conquestus est: A postica  
urinariæ vesicæ parte impactos residere  
flatus judicat ex sensu, quos interdum, nisi à  
nimia corporis exercitatione, rarissime ex-  
peritur; verum duabus tribusve à somno  
horis ex illo loco cohortim cum percep-  
tibili sibilo sursum tendere, diaphragma  
appropinquantes in bivium utrinque se di-  
videre, plerumque per sanguiferum vas in  
lævo latere latum circiter pollicem à spi-  
nali medulla cum vehementia adigi, ubi  
cum multæ flatuum copię collectæ sunt  
juxta pulsus harmoniam pedetentim, cater-  
vatim nihilominus, ordine quasi servato,  
scapularum interfittia ac lacunas invadere;  
ubi, acsi profundo cuniculo sepelirentur,  
non sentiuntur amplius: Quam postquam  
jam omnes ingressi sunt cavernam flatus,  
undiquaque denuo dispergi; pars caput pe-  
tit, quod cum obsedere, casside quasi tegi  
videtur idem, pars oculos offuscatur, alia  
obturat aures, pars denique ulnas (quarum  
alterutræ tulsæ herbæ, flammulæ, causti-  
cum

cum fortuitò imposuit, unde grandis pustula cum levamine, ac si moxà stupà eandem inuississet, effloruit, subflavo humore suffertà) transit; in quibus remorantur, si pauciores sint, quandoque etiam in manibus, aut copiosiores ad extremos, cum manuum, tum pedum, digitorum apices delegantur; qui verò anticum corporis irrepunt, præcordia subintrant, atque ipsum cor cum angore infestant, horrendorum infomniorum prodromi. Raro quietum concedit somnum impetuosa hæc verminantium flatuum elevatio, nisi corpus agitet æger, respirationem acceleret vel retardet, tunc enim ordine rursus deorsum vergant, aliqui per anum erumpunt illico, alii pristina post vésicam requirunt incunabula, unde, quanto ocyus in somnum recidit, iterum exsurgunt, consuetumque cursum absolvunt; hic sequenti mane expergefactus, caput atque lacertos flatibus referta comperit, carne tum mordicus titillante; si tum statim lecto surgat, remanent ea die in carne flatus, languidumque corpus oscitatione ac pandiculatione (ipsi non ingrata, nisi nimis coacta) plenum est: Sed si aliquantisper quiescat, per totum corporis ambitum dispersi revolvuntur flatus, tandemque in solitam gregatim resiliunt sedem, quidam tamen in apertum aëra, nullo putore comite, effugiunt, plerique retro urinæ receptaculum delitescunt. De hoc affectu variæ fuere Medicorum sententiæ; hic enim peccantem bi-

C 4

lem

lem hepatisque vitium, ille lienis obstructio-  
nem, iste stomachi *δυσπεψία*; alius scorbu-  
tum, alius denique insensibilis transpirationis  
impedimentum, culpabat; quibus & ego  
meum adjungens symbolum, cur vagam  
Arthritidem in ipso maxime dominari sta-  
tuerim, ex hac dissertatione patet. Ecce  
in uno vagabundos flatuum motus!

(a) Hippocr.  
de vet. Med.  
6. 24.  
(b) Ibid. 6. 25.

(c) Lib. de  
flat. 9. 10.

(d) E vero i-  
ctus, &c.

Nunc itaque detecto damnofo hospite,  
in ejus (a) copiam inquiramus & robur;  
quibus scilicet proprietatibus (b) conspicui  
sint, hominemque lædant flatu: Hos sic-  
cos citavimus, ut inter illos & vapores, hu-  
midos magis, discrimen foret; frigidus;  
quia sui contrario, igne (efficacissimo mihi  
ad flatu eorumque commonstrandam indo-  
lem indice) expedite solvuntur & eliciun-  
tur: Et si ægrotum sensus, quam fallax rati-  
ocinium, magis explorentur, experietur cum  
Medicus, tum ægrotus, modo attenderint,  
arthriticos, moventibus sese hisce flatibus,  
horrore succuti; Quippe (c) per univ-  
ersum corpus permeant flatu, sanguineque plenas  
corporis partes maxime petentes eas frige-  
faciunt: uti quoque in epilepticis, pleuritide  
laborantibus & colico dolore afflictis, ali-  
isque observare datur: Enimvero si à  
frigidis flatibus tremulus procedat horror,  
idem quoque in calidis febribus fiet, in  
quibus materia peccans, sensitivas partes  
pervadens, non modo tremorem artuum,  
sed & dentium ex intestino algore crepi-  
tacula sæpe excitat; quod à veritate alie-  
num existimant (d) alii: Quamvis adhuc  
sub

sub Judice lis fit; Num calidæ, vulgo sic dictæ, febres à calida causa deriventur; quæ hæcenus nondum, quod sciam, clarè probata hypothesis. Suffecerit Hippocratis patrocinium; (e) Quanto majore impetu multitudinis & frigiditatis ipsi flatus percusserint (loquitur de febribus) tanto major fit etiam horror, à pluribus videlicet & frigidioribus fortior, à paucioribus & minus frigidis, minus etiam fortis. Si ad febrium causas dissertationis institutum contenderet, fortassis, illas à frigidis flatibus oriri, molimine hæc ita operoso probaretur: Sic & in semetipso expertum esse reverendus D. Bushovius, jam tum quinquagenarius, refert, calidam, vulgo vocatam, febrem in articulare morbum quandoque finiri: Sic & vicissim contingit, Arthritidem in ferventem degenerare febrem; uti (f) adversariorum aliquis suo pte confitetur: Quippe ubi de viis, quas arthritica materia perambulat, tractat; Cum vapor, inquit, in hunc saltem sensum, retrogrado motu in venas resiliens, sursum tendit, nobilissimum viscus, cor, calidis febribus, anxietate, similibusque malis infestat, vel in aliud membrum celerrime vergens dolorem, qui modo in manu, transfert in pedem: Quippe corpus nostrum perspirabile esse testatus est dudum, veritati in eo concinens, Hippocrates; testatur idem experientia in multis corporis nostri locis, multisque morborum casibus; adeo ut, ubicunque viam invenire queat flatus, transeat. Memini me paucis ante meum

in

(e) Lib. de  
flat. §. 11.  
Quem tracta-  
tum si pensu-  
litate lege-  
rint contradi-  
centes, forte-  
an nostras  
partes quoque  
sequantur.

(f) Bevero-  
vicius de Ar-  
thritide, p. m.  
110.

(g) Lib. 5.  
epidem. §. 10.

(h) Lib. de  
venis.

(i) Lib. 1.  
epist. 54.

in Indias discessum diebus, in proscenio  
Amstelodamensium theatro ab amicissimo  
D. Ruyschio (dum, ni memoria me fallat,  
primus in foeminino corpore ovarium i-  
bidem demonstraret) productam fuisse in-  
testini recti portionem, bene mundatam,  
indefinitis undique pertusam foraminibus;  
quem autem in finem, dubius, fateor, hæ-  
si dudum, donec in has de flatibus medi-  
tationes inciderem. Et sic forte intellectu  
facilior erit illa (g) Hippocratis de Eude-  
mo in Larissa, huc vere spectans historia,  
quomodo in eo flatus per hæmorrhoidas  
prodierint (h), *ῥεῖ δὲ ἄλλαν πύραν*. Et  
alibi, *ἢ ὑγρῶσιν τῶν ὀστέων ὁ αἰὴρ (ἢ πρῶ-  
μα) ἀπεργάζεται*. Ac proin, si magna par-  
vis componere fas sit, in microcosmo non  
minus quam in macrocosmo, non modo  
catarrhorum fluunt pluviae, arenularum  
increpant grandines, erysipelatum jaculan-  
tur ignes, phantasiae rutilant fulgura, som-  
niorum præmicant fulmina, sed & flatu-  
um spirant venti, aliaque meteora ac  
phænomena procuduntur: Quapropter ita  
(i) Joh. Langius; Cum in macrocosmo  
terra, solis calore siccata & calefacta, solo  
ex aëre ventorum flatu refrigerari non  
possit; à natura in sublimi constituta est  
media aëris regio gelida, quæ vapores de  
terra & undis in altum sublatis, suo fri-  
gore in pruina & imbres congelaret, &  
harum alpergine terram irrigaret, & noctur-  
no lunæ frigore refrigeraret: Ita quoque  
Natura, sapiens omnium, & præcipue  
in

in humani corporis fabrica, architectrix, in capite cerebrum frigidum, veluti lunam, in sublimi collocavit, ut alteratis suo frigore spiritibus per arterias cordis, veluti luna & media aëris regio solis aëstum, sic quoque cordis fervorem in microcosmo temperaret: Analogiæ hujus prætelum injungit quorundam de terræ motu opinio; Sicuti ergo ventus, subterraneo excitatus igne atque intestinis telluris claustris relieratus; dum vi prorumpere affectat, superstratam terræ movet molem: Ita etiam flatulentus halitus in interiori musculorum ambitu, aliarumque corporis partium quæ cum dolorifico sensu distenduntur, penitioribus cancellis oclusus, exitumque quærens, sed (k) præ excellente spiritus multitudine & alvi obturatione exire impotes, tum per universum corpus permeant flatus, sanguine plenas partes maxime petentes eas frigefaciunt; frigefactis autem his locis, unde fontes & radices sanguinis prodeunt, per universum corpus horror consequitur; universo autem sanguine frigefacto, totum corpus horret; quanto verò majore impetu multitudinis & frigiditatis ipsi flatus præcellerint, tanto major fit horror; cum horribus etiam tremores corporis accidunt secundum eundem plane modum, &c. Qui hic noxiorum flatuum sanguinis motum diversimodè alterantium, variam indolem, & partium affectarum diversam temperiem accuratius examinaverit, absque

(k) Hippocr.  
de flat. §. 10.  
& seq.

(l) ig-



(l) A Willio ingeniose magis quam vere in eleganti sua pathol. cerebr. producti.

(m) Sic dixit apud D. Lucam, mundi Salvator; Quum autem flantem videritis, dicitis a flus erit, & sic a flus. Luc. 12. 55.

(n) Libr. de Nat. cap. 3.

(o) Hippocr. de flat. §. 4.

(p) Ibid. §. 5.

(q) Ita πνεῦμα λεγεται meminit D. Lucas in act. Apost. 2. 2.

(r) Flatus qui in aere flant ἀνεμους vocamus. Aristot. de mundo.

(l) igniarii illius supposititii, scilicet sulphureo-salini refugio, spasmi, convulsionis, epilepsiae, caeterorumque cum nervorum tum musculorum pathematum causas facile inveniet. Flatum autem tanta est in microcosmo discrepantia, quanta humorum, spirituum, & pene dixerim partium solidarum; quinimo tot linearum in pyxide nautica discrimina non reperiet navis Rector, quot & quam diversae efficaciae pertranseant corpora nostra flatus: Sic alia quidem est Subsolani, alia (m) Noti, alia Favonii, alia Aquilonis, virtus: nec hoc modo, verum insuper ventorum varius occurfus & miscella variam operationem confert; sic alia est euronoti, alia libonoti, alia cori, alia caeseae, alia campestris, alia paludosi, alia arenosi, &c. venti energia. Sed, antequam hoc flatibus applicetur, dicendum primo, flatus quid, & quotuplices existant; Flatus ergo sunt, juxta (n) Johannem Fisennum, quantitates halituosorum spirituum ex cibo vel potu, pituita vel atra bile, caloris qui in corporibus nostris est, debilitate (vel etiam acrimonia) orti: Sunt etenim flatus nobis vel halituosi, vel vaporosi, aqueive, &c. qui in motu existunt, sive ex solis halitibus, sive ex his simul & vaporibus, sive insuper ex aliis mixti sint (o) spiritus, qui in corporibus flatus vocantur, extra corpora aer, (p) cujus fluctus & unda ventus nuncupatur, (q) πνεῦμα, & πνεῦμα, & (r) ἀνεμους vocant Graeci: Halitus autem ex corpore vel mixto vel sicco

ficco prodeunt; ita halitum solis Columella ac (f) Cicero, & halitum terræ (ἀναθυμίασις,) Aristoteles & (t) Plinius appellant. Est & halituum quædam diversitas, alii enim sunt flatulenti, fuliginosi alii, &c. Fuligines ex corpore adusto ac flagrante nascuntur; ita (u) Plinius fornacum balnearumque fuligines dixit, ἀρμίδα κάρυς nuncupat (w) D. Lucas. Vapores ex corpore humido generantur, quos ex respiratione aquarum oriri voluit (x) Cicero, hos humidos (y) Ovidius, riguos (z) Lucretius, appellavit; ex humore has prodeuntes expirationes ἀυγας nominavit (a) Aristoteles; hi autem non ratione materiæ, quæ extra corpus aqua, in corpore pituita, est, sed ratione causæ efficientis, vel calidæ vel frigidæ, differunt.

Differunt autem flatus ratione causarum, quæ sunt vel principales vel ministræ: principes sunt vel materiales vel productrices; materiam flatibus sufficiunt primum cibus & potus, qui pro varia sui temperamentorum qualitate, ægri viribus ac diathesi, regionis natura (quam unam ex principalibus flatuum causis profert (b) Fiënus) cæteris adventitiis causis variant: Ex his nascuntur humores, qui iterum pro diversa sua indole multitudinis & qualitatis discrimen flatibus adportant: Sic alii ex pituita (primaria & maxime apta flatuum materie) atque hi proprie vaporosi sunt; alii ex atra bile (damnosæ effervescentiæ crebro impulsore)

(f) 2 Tuscul.  
(t) Lib. 11,  
12.

(u) Lib. 35.  
c. 6.  
(w) Act. 2. 19.

(x) 2. De natur. Deor.

(y) Lib. 1. metam.

(z) Lib. 5. de natur. rer.

(a) De mundo.

(b) Lib. de flatibus.

re) alii ex flava bile (quæ, dum in organo est ac effervescit, flatus primario facit, adeoque, non tam materiali, quam efficienti, causæ accensenda; quæ, Protæi instar, variâ ludit facie, quam varia est aliorum humorum cum felle crasis atque miscella,) alii ex sanguine (qui dum in corde acrius humorum accessu vitiose effervet, flatus quoque efficit, palpitationis tum plerumque incitamenta) oriri possunt; atque hos halituosos vocare liceat; quoniam, vel caliditate, vel ficcitate, vel utraque, imo verò & frigiditate, sed rarius, pollent, vel ex variis mixti sunt. Differunt porro flatus, quod ad energiam suam, ratione causarum efficientium (ut præcipua obiter attingam) pro vario vicerum, ex quibus propullulant, & in quæ transeunt, temperamento ac facultate; sic alios flatus stomachus (princeps eorundem matrix) fortis, alios debilis, alios ejusdem faburra, alios inanitio, alios ejusdem præpostera fermentatio, efficit; ubi maxime observanda venit cibi ac potus diversitas ac quantitas, atque fermenti dispositio: His adnecte quævis concoctionum, in corpore humano, ac fermentationum, ebullitionum ac effervescentiærum genera speciesque; sic alios flatus succi subacidi (modo detur) in intestinis cum bile, alios perversus sanguinis in corde, motus facit.

Causæ flatuum ministrantes quamplurimæ sunt, præcipuæ ex rebus non naturalibus

ralibus dictis petuntur; sic varios varia aëris temperies, tempus anni, regionis situs, varios varia & sæpe contraria animi pathemata, alios corporis motus, alios quies, alios excretio, alios retentio, alios somnus, alios vigiliæ, flatus procidunt; ad hanc differentiarum enumerationem, balnea, Venerem, & si eorum multitudinem spectes, consuetudinem, refer. Qui porro flatuum discrimina ulterius prosequi & penitus peruestigare avert, illa ex eorum sono, & odore, à (c) Joh. Fiëno, atque si chymicam concentrationem instituisse noverit, ex eorum sapore; imò, à (d) Roberto Boyle, eorum ponderabilitate, mutuetur; quæ ego nasutioribus & delicatioribus indaganda relinquo: Quanquam sane, ut hoc obiter dicam, compressa illa urbanitas sanitati penes assuetos coactosve postponenda sit, quapropter haud vituperandus ille.

(c) Lib. de flatibus cap. 6. Elegans sane, nec modo doctus, sed & acutus, & vetè Hippocraticus est hic tractatus, quo docetur; 1. In genere, quæ sit

venti, qui extra corpus nostrum est, cum flatibus, qui in corpore resident. analogia. 2. Quid sit flatus in specie. 3. Quibus in locis flatus generentur. 4. Quomodo generentur. 5. Quænam detur flatuum differentia. 6. Quotuplices morbos flatus producant. 7. Quæ sint flatuum causa. 8. Quæ eorundem signa. 9. Qualia symptomata flatus excitent. 10. Quæ flatuum prognosis. 11. Quæ diætâ. 12. Quæ cura cum in genere, tum specie, in flatulentis pathematibus observanda adhibendaque sit. (d) In experim. de ponderabil. flammæ.

(e) Stoicorum mos fuit, quo ventris crepitus æque liberos ac stomachi ructus oportere esse volvere: Eapropter (f) Claudius Cæsar edicto cavit, ut illis venia daretur, etiam

(e) Cicero ad Famil. lib. 9. Epist. 22. (f) Sueton in ejus vita.

etiam in ipsis mensis & convivii, qui ventris crepitus palam ederent; quoniam expertus fuerat, quod qui præ pudore (uti etiam aliquot nostri temporis exempla, rara tamen, docuerunt) hos impedivissent, mortem ipsam oppetivisse: Japones autem & pleraque Asiae gentes eructationes tolerant, intestinorum crepitacula abhorrent, nisi surdus ano exeat flatus; displicet enim illis sonus, non ita fetor.

At, nonne Arthritidis differentia ex humoris genere petenda est, ut alia calida, alia frigida, dicatur, veluti Practici consentaneè inculcant; cum rubor & calor hujus morbi sæpenumero comites sint? Sed illi non ex morbi essentia (non mea verba sunt, sed verfatissimi (g) Ferneli,) ast doloris vehementia, fiunt; quin etiam ipsa multoties febris supervenit, imprimis in plethoricis, qui levi occasione febre jactantur. Ut itaque continens articularis morbi causa unica, sic quoque simplex ejusdem ingenium, est, frigidum nempe, caloris sensum non nisi per accidens ementiens. Adeo ut mihi flocci fiat vulgata illa Arthritidis differentia. Et quod (b) inflammationem spectat, aliis infallibile caloris signum, illam non ipsis statibus, utpote causa hujus morbi principe, verum a dolore, progenitum symptoma suspicor, uti infra patefcet; Symptoma, inquam, quod illos, qui hoc arthriticæ causæ indicium habuere, experientiæ fide imposterum convicti

(g) Pathol.  
lib. 6. cap. 18.

(b) Idem  
Willisus ad-  
ferit cap. de  
Arthritide;  
Phlogosis Ar-  
thritidis sym-  
ptoma est,  
huic morbo  
superveniens.

victi, non parum seduxit. Stat ergo sententia; Arthritidis fomitem esse auram quandam frigidiorē (uti supra ex Fernelio de (i) Epilepsia à parte quapiam extra cerebrum exortæ causa, cui & in ea ad stipulor, modo allegavi) non solum \* per venas & arterias, sed & per spiracula cæca & latentia (eiusdem verba sunt de passione hysterica) protractam (quippe indicio est sensus, infit (k) Hippocrates, quod expirabile & inspirabile totum nostrum corpus sit) atque eam certe malignam, perniciosam, & quasi venenatam; quæ dum periosteum implet, distendit & ferit, dolorem infert: Et, ut cum eodem auctore concludam; Omnis Arthritis à frigido flatu (ἀπὸ τῆς (l) φύσεως τοῦ ἀέρος) non vero ab humore, uti cum cæteris hallucinatur Fernelius, gignitur; quod erat probandum.

(i) Cujus cura idem docet; illam enim Japonensium infusione cum sua Moxa absolutam sapientius comperi: Suspicor enim, epilepsiam, præsertim illam particularem, loco affecto, non continente causa à Arthritide differre. Comprobant idem Practicorum observationes, quibus

exempla traduntur curationis Epilepsia cauteriis (diro illo & duro medicandi genere) peracta. Videatur præter alios, Lamisweerde in append. observ. p. m. 665. \* In eo mecum concinit Mercatus, ubi his appositum addit suffragium; Rarius, inquit, fit Arthritis per partes & meatus exteriores, qui proximi sunt cuti, frequentius per venas & membranas tendinum, ac sæpe nervorum, & conspicuos atque occultos carnis & reliquarum partium corporis meatus, frequentissime per venas & communia vasa, quibus alimentum partes suscipiunt. (k) Lib. 6. epid. Sect. 6. (l) Hippocr. lib. de flat. 9. 19.

Malignum hunc esse flatum, testatur vehementissimus & intolerabilis in articulis dolor; nec refragantur multi insignes scriptores, quos inter principem teneat locum Galenus,

D

hac

(m) Lib. 17.  
cap. 2.

(n) Coac.  
praenot. n.  
67.

(o) Epidem.  
4.

hac argumentorum fide fretus; quoniam nunquam ad suppurationem venit Arthritis; quia etiam intensiorem parit dolorem flatus hic, quam quidam humores ubi in pus vertuntur; quia iterum partibus, per quas decurrit, nullam, exceptis articulis, molestiam creat; quia denuo humor ille (flatum ego nuncupabo perpetim) modo urit, modo quavis glacie frigidiorum partem affectam reddit: (m) Paræus autem scrupuloso examine malignitatis hujus rationem expedire impos fatetur, humorem (flatum dixerit) arthriticum esse ἀπύρον, nec notioris naturæ, quam qui pestem, luem veneream, aut epilepsiam gignit; Sed propius accedit, ubi eundem tenuem & virulentum, non tamen contagiosum, qualitate potius, quam copia, peccantem effatur, binisque exemplis illustrat. Platerus etiam Arthritidis malignæ facit mentionem, à ferofo humore (ego autem, maligno flatu) ortæ, qui pravam vim, seu aliquid maligni, seu incogniti, sit adeptus. Explicatius (n) Hippocrates, ubi inquit; In febribus inflata alvo flatus non erumpere, malum; quoniam ubi flatus maligni clausa ani porta intrò regurgitant, meseraica vasa repetunt, atque ita in cor, quod tum novo paroxysmo infestant, resiliunt: Quomodo enim aliàs ab intestino colo humorem (quod flatus facilius præstat) in articulo- rum regionem excidere (o) pronuntiaverit; nisi per venas meseraicas flatus illi noxi

noxii ad sanguinem retrogrediantur? Calculum his etiam addit Guido de Cauliaco: Sed majoris momenti est, quod refertur idem medela; namque dum herbacea stupa uruntur arthritici, flatus nonnunquam è plaga exsibilat; quæ si fonticuli instar, aperta fervetur, tenuis ex eadem exsudat ichor, tetra & maligna \* graveolentia nares offendens: Et, † licet oculis minime conspicuus, & tantum consideratione cognoscatur, effectuque suo fiat manifestus, ingentem tamen vim exercet in articulos, (p) ἢ τὸ δὲ μέγιστον ἐν ἀρθροῖς ἀπὸ συμπλοκῶν συνίστησι, cum nempe (q) cumulator est, aut præprimis cum morbidis fordibus inquinatior, (r) tactus organo infestus carnifex, flatus; qui non qualvis indiscriminatim membranas, vel ligamenta (quæ omni sensu privari docent, cum (s) Galeno (t) multi) (u) articularumve vincula, vel nervos (quos dum vellicat, spasmus ciet) sed (w) tactus exquisitissimi (x) membranam, validam & sequacem, commune illud ossium tegmen, (y) cuius etiam gratia ossa (si quid modo sentiunt) sensu pollent, ferit; veluti, præterquam in ar-

thritide; humorem frigidum ac tenuem articularum vincula & membranas implendo ac distendendo dolorem inducere. Pathol. lib. 6. cap. 18. (w) Sic de periosteio loquuntur præstantiores quique Anatomici. Videbis Vesalium, Spigelium, de human. corp. fabric. lib. 2. cap. 1. (x) Huc collimat Willisus, ubi dicit; Partes affectæ, scilicet, in Arthritide, ut plurimum sunt periosteæ, seu membranz ossium capita investientes. (y) Vide Vesalium de hum. corp. fabr. lib. 1. cap. 1. Egregie Galenus loco citato; Dolores à membranis, ossa circumstantibus, dependentes, perinde affigere comperiuntur, ac si in ipsis ossibus consisterent.

\* Graveolentium porro flatuum meminit Hippocr. de vict. acut. §. 41.

† Lib. de

flar. §. 5.

(p) Ibid. §. 4.

(q) Ibid. §. 6.

(r) De quo

meretur evolvi

Marcellus

Malpighius.

(s) De loc.

affect. lib. 2.

cap. 2.

(t) Inter alios

Barbette in sua

chirurgia, cap.

de ligamen-

tis. (u) Sic opi-

pinatur Fer-

D z

ticulari,



(z) Qui à quamplurimis osteocopi, hoc est, ossium labores, nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus evenire solent; quamvis interdum vel à frigore vel plenitudine fieri possint: Inquit idem loco eodem.

(a) Respiciatur Joh. Lang. lib. 1. epist. 42. & libr. 2. epist. 14. ubi de hemicrania, cauteriis curata, &c.

(b) Excellentè Galenus loco allegato; Quum enim ad affectam partem (loquitur de dolore circa membranas) circumjacentes & ducuntur, hoc est

diducuntur, seu divelluntur & tenduntur, dissimilem fieri dolorem necesse est; ubi enim intentia particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cruciantur. (c) De usu partium lib. 10. cap. 17. (d) Ibid. libr. 7. cap. 2. & libr. 2. cap. 40.

ticulari, in (z) osteocopo Venerei inquinamenti dolore (in quo etiam (a) flatus vaporosus, ossium (b) membranulas distendens ac vellicans, tumorem sub eorundem panniculis fuscitat) observare est. Haud male locatam operam comperiet curiosior humani corporis profector, ubi totam periostei fabricam & compagine, originem, situm, propagationem & indolem penitus introspexerit, ut flatuum etiam cuniculos, latibula ac obscuros labyrinthos detegat, quorum specialior tractatio hujus dissertationis metam tametsi transgrediatur, æquum nihilominus est (ut cum (c) Pergameno Doctore loquar) naturam admirari, quæ omnia tam exquisitè molita est, etiam in affabrè factò ossium velamento, ut neque excogitari queat alia melior constructio. Natura, inquam cum magno (d) Vesalio, peculiare artificium extra calvariam molita est, dum communi membrana, quam circumossalem vulgo dicimus, ossa obcinxit, acutissima sentiendi vi prædita. Suffecerit hîc probasse, flatus hosce malignos periosteum non extrinsece lacerare, sed illi, à suo ossè divulso, semet insinuare (secus enim vehementem adeo dolorem, seu veram Arthritidem, excitare non posse existimo) sicque delicatissimi sensus membranulam violenter à

fac

suo osse solvendo ac distendendo furibundum incendere cruciatum. (e) Extensivus id probat dolor, probat id doloris in hoc affectu pertinacia; ut podagricos morbos in quadraginta diebus demum decedere edicat (f) Hippocrates, tametsi omnes flatulenti tumores loci minus tenaces sint, cum non ita profundè irradicati facilius dissipentur & evanescant, nisi forte in ægerrimis partibus hospitentur: E contra vero, periosteï ille tumor altum recondito, densisque obserato cancellis, ortus flatu, qui algidiore utero conceptus, exiguis nativi ignis radiis illustratur, ut non sit mirum, illum ex tenebricoso & multijugi partium carcere difficillime erumpere, ni fortasse crudeli (g) candentis ferramenti remedio, vel benigniore cum Moxæ mollugine inustione, repagula illa recludantur, atque ita molestus hospes, profundissimo periosteï impactus interstitio, liberetur.

Sed quænam hæc novaturientis hypothesis est? Cum juxta Galeni dictamen, præceperint scholæ, in Arthritide articulorum capacitatem, humore (non flatu) repleti, illa repleta distendi ligamentum, non periosteum, distensione ligamenti vim nervis & vicinis partibus adferri & in ferri dolorem. Veruntamen affectus ille locus authores non minus in diversa rapit invicem, quam dictæ adversabuntur thesi; ubi ille afflicta (b) ligamenta culpat; opponit alter eorundem insensibilitatem: Atque ubi (i) Asclepiadem reprehendit

(e) Vide Galen. de loc. affect. libr. 2. cap. 1.

(f) Aphor. 49. Sect. 6.

(g) Respice Hippocr. aph. 69. Sect. 6. Celsum libr. 4. cap. 22. & consuleff. Tulpium libr. 3. observ. 26.

(b) Revolvatur Duretus in Hollerium de morb. intern. libr. 1. cap. 63.

(i) Uti videre est apud Galenum de loc. affect. libr. 2. cap. 2.

D 3

Archi-

\* Perioste  
quippe im-  
mediate ar-  
ticuli incin-  
guntur, in-  
quit Lofelius  
de podagra,  
utpote quæ  
membrana  
acutissimi  
sensus est, &  
sæpe ἐξαιρέ-  
τως patitur  
dolorem.

(k) Fernel.  
lib. 6. Pathol.  
cap. 18.

(l) Ab hac  
ego quantif-  
per declino  
sententia, ex-  
istimans, hu-  
morem illum  
acrem, per  
accidens in  
articulos ir-  
ruentem, of-  
sibus corrosi-  
va vi calcifor-  
mem crustam  
adfricare: Il-  
lorum enim  
ossa immis-  
untur; ut  
experientia  
me sæpius  
docuit.

(m) Quod non  
semper ve-  
rum esse, ob-  
servavi non  
semel.

Archigenes dicentem, in articulari morbo  
neryum affectum dolore haudquaquam  
cruciat, quod nihil omnino sentiat; re-  
gerit ipse, nervos distensos dolores profun-  
dos, infixos, angustia plenos, ac dura disten-  
sione cruciantes ( consona nostræ descrip-  
tioni accidentia, aut afflicta pars dissona! )  
inducere. Verum, qui ex dolorum diffe-  
rentia partes affectas invenire conaris, præce  
Doctor, appositè equidem erudivisti;  
Dolores à membranæ, ossa circumdanti-  
bus dependentes, perinde affligere, \* ac-  
si in ipsis ossibus confisterent. (k) Alius  
iterum tendines & articularum vincula, re-  
nui frigidoque humore inebriata, incusat;  
eo quod in nodosa tophaceave podagra  
atque chiragra (l) humor in calculum jam  
concretus eruatur ex digitorum articulis  
(m) vinculo integro ac illæso: Huic alius  
hanc experientiæ fidem opponit; quod nul-  
lus arthriticus visus sit, qui in convulsio-  
nem inciderit: Instant illi atque doloris  
augmentum ad minimum etiam, morbo-  
sæ partis contactum, articularum imbecil-  
litatem, motus difficultatem, vinculorum  
laxitatem, imo artuum quandoque dislo-  
cationem, in suæ patrociniæ causæ accer-  
sunt; Et quod acris ille humor membranas  
ac ligamenta saburret (ita hi excipiunt)  
exinde convulsivos motus excitari non est  
neesse, cum illa nullatenus motus instru-  
menta sint; sic ut etiamsi acerrimus in illa  
insultet ichor, acerbi equidem doloris, non  
vero convulsionis, causa erit; uti denti-  
um,

um, pleuræ, (n) lumborum, homoplatae, (n) Unde  
 coli, &c. dolore, probare tentant. Mor- lumbago.  
 bum autem hunc frequentius circa inter-  
 nodia, præsertim pedum, ideo excitari  
 non sine ratione volunt aliqui; quoniam  
 hæc pars maxime declivis, & à caloris fon-  
 te remota, materiam morbificam facilius  
 suscipit, haud commodè subigit, nec citò  
 relegat. Quanquam tanti non sit facienda  
 hæc adversariorum controversia, quum  
 materia arthritica, qualiscunque demum il-  
 la sit, non motus, nisi fortuito, sed sen-  
 sus, organum afficiat. Enimvero quod de  
 suo (o) Græco affirmavit (p) Latinus Hip-  
 pocrates; Magno scilicet ingenio convenire  
 etiam simplicem veri erroris (vel etiam  
 ignorantia) confessionem; præcipue in  
 eo ministerio, quod utilitatis causa posteris  
 traditur: Id ipsum de magno (q) Gallia-  
 rum Archiatro, qui (r) barbarorum fæces  
 latinæ quodam nectare condidit, non  
 male quis pronunciavit; Qui (s) palam  
 fatetur; Unde & per quas vias influat, aut  
 influxurus sit, in imbecillos articulos humor,  
 neminem ad unguem investigasse; & ex  
 hac ignoratione, dolorem articulare pro  
 immedicabili hæcenus fuisse derelictum,  
 nuncupatumque Medicorum opprobrium.  
 Mihi vero, ut cum (t) Divo Sene prolo-  
 quar, invenire aliquid eorum, quæ nondum  
 inventa sunt, quod ipsum notum quam oc-  
 cultum esse præstet, scientiæ votum, ac  
 opus esse videtur; At vero verborum  
 inhonestorum arte ad ea, quæ ab aliis in-

D 4

venta

(o) Videlicet  
 Hippocr.  
 qui se dicit  
 his crani de-  
 ceptum me-  
 moria produ-  
 dit.

(p) Celsus  
 libr. 8. cap. 4.

(q) Nempe  
 Bernellio.

(r) Uti Du-  
 retus de ipso  
 de radicat.

(s) Loco  
 jam pluries  
 citato; ubi  
 de Arthritide  
 ex professo  
 agit.

(t) Hippocr.  
 libr. de arte  
 §. 1.

venta sunt, confundenda promptum esse, proditio potius ignorantiae est. Meam itaque insequar metam; Pertendens ille pertundenque articularum dolor, qui à parte primario affecta (periosteo) veluti à radice incipiens celeriter in partes adjacentes transfertur (ut olim Archigenes) non ideo ad affecti loci contactum motumve increbrescit, quod membranæ vel ligamenta tenui quopiam sero imbuantur; sed quia male ferriatus ille flatus, qui sub periosteo, velut anguis in herba, latet, ad minimam quoque forinsece advenientem injuriam (u) circumossale tegumentum ab ossè (v) divellendo, nociva doloris spicula figit & exacuit, ubi affluens ille humor per accidens articularum vincula quandoque imbibit, solvit, distendit, imo dislocat: ut imposterum dicetur amplius. Satis fit, quod membranarum, quæ ossibus adjacent, dolores & profundi sint, id est, in intimo corpore doloris sensum excitent: Et quod ossium ipsorum, veluti dolentium, inducant imaginem, haudquaquam mirandum est, ut (x) Galenus contra Archigenem disputans, inquit, Ubi intenta particula (nempe ossa ambiens membrana) acutiore sensu est, ibi & vehementiori dolore torquentur; tum scilicet, cum malignus ille flatus periosteum ab ossè divellit. Quod erat ostendendum.

(u) Tale quid innuere videtur Petrus Salius Diversus loco supra citato, ubi sic ait, Loca, in quibus materia arthritica retinetur, dicunt quidam non cavitates articularum esse, sed in ligamenta, in periostea & in tendines, recipi.

(v) Dolor fit, inquit ex Galeno idem ille Salius ibidem, non ratione mate-

ria intra cavitatem articuli existentis, sed merito extensionis nervorum & tendinum circumstantium; Cur non addebas periosteum parum Diversi Doctor? (x) De loc. affect. loco allegato.

Qui

Qui porro, præter flatuum diversam indolem partisque affectæ (periosteï) sensum, aliunde doloris differentiam profectui satagit, (γ) Hippocratis illa de partium ex figuris discrimina, hinc discrepantia pathemata, accuratiori examinis lance trutinæ; Quippe inciderit flatus in latum ac renitens (schema) nihil mali patitur (æger) neque molle & rarum; verum, tenerum & floridum, & sanguineum & densum, velut hepar, quod propter densitatem quidem ac latitudinem resistit & non cedit, flatus vero subiens augetur, ac fortior evadit, & adversum reluctans maxime impetum facit; propter teneritudinem autem & sanguineitatem absque doloribus esse non potest, & propter has causas dolores acutissimi ac frequentissimi circa eum locum contingunt, suppuratio- nesque ac tubercula plurima, &c. Dolores septi transversi ex flatibus minus affligunt, quia nervosius est.

Hic (z) morborum author adeo lato potitur dominio flatus, quantum membra- na, (a) omnibus ossibus communis, ac ab amplexu, quo ossa ambit; περιόστεον appel- lata, semet extendit. Hincine universalem

(γ) De vet. med. §. 41.

(z) Hippocr. de flat. §. 4.  
(a) Ita Vesalius de human. corp. fabr. lib. 7.

cap. 2. Operæ autem præterea erit singulares atque huc maxime facientes Vesalii de periosteio ac affinis membranæ textus hic transcribere; Natura, inquit ibidem, extra calvariam peculiare artificium molitur, quod fabri imitantur, quotiens clavorum acies, quando duos compingunt asseres, reflectunt, ne uno asseris tractio ex altero, clavus promptè evellatur: Ipsa namque fibras (per futuras à dura membrana prorepentes, quæ illam calvariam firmant, &c.)

&c. ) non solum per reflexos & obliquitatis etiam nomine firmantes ductus transmissit, verum transmissas rursus dilavit, auxit, atque in unum omnes commiscuit, ut in membranam quandam tenuem degenerent, quæ, quod calvaria obducitur, *περιδαι* Græcis nuncupatur. Quamvis interim hæc omnino non citra alterius corporis medium calvaria adnascatur; sub ipsa enim alia adhuc tenuis consistit membrana, aliis quoque omnibus ossibus communis, ac ab amplexu, quo ossa ambit, *περιόστεον* appellata: inter reliquas autem ossium sedes, membrana hæc privatis, calvaria interna est cavitas, cerebro excipiendo adaptata: Cui nusquam, ubi duram matrem contingit, ejusmodi membranula obnascatur, adeo ut tanta etiam hujus cavitatis sedes, quanta dura membrana non connascitur, hæc quoque membrana, aliis ossibus commune, sit obcincta. Et alibi; Periosteum pectoris ossi obducitur; atque hæc valida & quasi duplicata est, & hæc etiam ipsæ costarum cartilagine una cum costarum ossibus communem habent. Alio porro loco idem; Præter membranam (costas, thoracemve succingentem) singulis costis alia peculiaris obrigit, quam Græcos alteram succingentem vocasse reor: Tale enim quid in libr. de constit. art. Med. Galen. morbi lateralis species subdividens, indicare videtur; Est autem altera hæc succingens costas membrana involucrium, quod omnibus propemodum ossibus commune censeferur, quod circumossale vocamus, quod os ambit: Quemadmodum enim ossa hujusmodi membrana obcinguntur, ita quoque & singula costæ orbiculatim ipsas ambientem membranam obtinent, peculiare nihil ab ejusmodi cæterorum ossium membranis sibi vendicantem. Cæterum thoracis cavitatem succingens oblinensque membrana, omnibus, quæ thorax continet, involucrium quoddam evasit, unde etiam ab usu, tunica (uti à substantia membrana) dissectionum peritis vocatur. Porro alio loco; Ad hæc, ipsa quoque, ut & peritonæum, iis omnibus, quæ amplectitur, organis, tunicas exporrigit, eademque firmata colligat. Quod autem cum thorace distendatur arcteturque, neminem ambigere arbitror: Thoraci enim adnata undique tali constat substantia, qualis & involucri loco haberetur, commoda, ac simul levis sequaxque est. Et alibi; Venæ & arteriæ, & nervi, quibus hæc membrana committitur, etiam si ad ipsius nutritionem & sensum ului sint; non tamen ejus præcipue grana, sed vicinarum partium, illi adeo frequentes attenduntur: Unde etiam ipsi crebrior cum magna tensione punctilique cruciata, ut & cerebri membranis inflammatio oboritur. Qui præterea membranarum, (ergo & periosteï) ductus, vasa, & canales peruestigare avert, consulat Fallopium in observ. magis tamen experientiam, omni autoritate majorem.

ægritu-

ægritudinem dixit Arthritidem Galenus? Ut vel nullus corporis artus articulusve sumptè ingenio ab eadem immunis haberi queat? Imo vero (b) vix ullam totius corporis partem intentatam finit: Quippe, præterquam artus, hujus hostis telis tres stant adaperiti ventres: Hinc tot morborum vocabula, quot circumossali obductas membrana partes infestat flatus; etiam si (c) tribus duntaxat usus nomina indiderit, chiragræ nimirum, ischiadis, & podagræ, (d) reliquis Arthritidis. Verum à capite ad calcem multigena prodit morborum phalanx, in partibus hoc ossium indumento circumductis; in quibus (e) spiritus ille in omnibus rebus efficax, & qui maxime in animantium corporibus plurimum potest, ἀριστερόν ὄσφιν ὑπόσπονδον ἐστίν. Et ut à calvaria exordiar, hujus (f) interiorē superficiem, qua cerebrum continetur, dura cerebrum inducens membrana proximè succingit; exteriorem ejusdem peripheriam sensitiva illa particula, ossibus undique connata, atque sub pericranio delitescens, investit. (g) Dentes, quousque caveis incuneantur suis, membrana quadam tenuissima exactissimoque sensu prædita, sepiuntur: Atque licet vel pleuræ, aliove

(b) Nullam dicit Georg. Horstius lib. 3. p. m. 2. enumeratum autem Arthritidis subiectum in membranis, tendinibus, vinculis externis, à periosseo ortum ducentibus, & extremitates ossium ac musculorum tendines necessitatibus; item in ligamentis, non cartilagineis, sed membranaceis ac nervis; podagræ autem speciatim in membranosis atque nervosis circa pedum articulos partibus, collocat Lo-

selius de podagra. (c) Fernelius loco sæpius jam dicto. (d) Vide Spiegel. libr. singul. de Arthritide p. m. 1. (e) Hippocr. lib. de flat. §. 24. (f) Uti confirmat Vesal. de human. corp. fabr. lib. 1. cap. 1. (g) Veluti Fallopius contra Vesalium in suis observ. docet; Uti alter dixerat solos dentes nudos, reliqua ossa tecta.

nomine,



(b) Idcirco eodem, quo Arthritis, tollitur antidoto odontalgia, cum herbacea nempe supra inustione, pulsantibus temporum arteriis, noxii flatus receptaculis, adhibita; uti à me multoties compertum est? Odontalgiam autem dentium podagiam nuncupat Stibel-

bergerus: Et appositè Willisius; Quippe, utrum odontalgia, lumbago, aliarumque partium dolores, huc (de Arthritide loquitur) referri debeant, non otium erit modo disquirere. (i) Libr. de flat. passim. (k) Ibid. §. 24.

nomine, veniat, illud sive hujus membranae, sive flatus (uniformis multorum morborum causæ) naturam non demit, modo hæc cinxerit ossa meninx. Hinc capitis, (b) dentium, pleurae & caeterarum partium dolores prodeunt. Quod si quis cum (i) Hippocrate pergeret, singula ægritudinum genera recensendo, hæc amplius corroboraret, (k) atque ille sermo, nullo etiam ingenii titillamento vel novitatis prurigine fucatus; verum antiquitatis authoramento suffultus, rationis radiis collustratus, & experientiae stabilimine nixus, verus futurus esset, & qui fidem suam omnibus probaret: Quod mihi vires negant & opportunitas apud extremos Japones degenti pensum, in componendo multorum morborum ex flatuum cognitione systemate, acutioribus relinquo, qui fortean aliquando experiantur, *Quævis δὲ πύτων τέτων ὄψιν νοσημάτων ἀγρίας ἴδ).*

Verum ad exorisi primæ partis discursus properans finem, antecedentem (prædictis alias præmittendam) articularis morbi causam id omne dico, quod congruum saltem damnosis his flatibus pabulum esse potest: In cujus foco non minus, quam fomite, & proxima causa determinandis discrepant authores; plerique caput

(l) ἰσζαυ

Ἡ πίζαν ἀνθρώπων κακῶν dicitant Arthritidis originem; hic (m) externas & extra calvam positas partes; ille cerebrum aut interiores ejus (n) ventriculos; \* iste vel intra vel extra venas loca; alii intestina viscera pleraque; ego (o) omnia statuo: Quae materia morbifica suffarciuntur, dum magnum humidum & defectivum calidum (uti Sinenses Medici effantur) praedominium habent in quinque principibus illis ita dictis membris, seu visceribus; videlicet, in renibus, quibus uteretur & tertiam partem corporis adnectunt, & quibus aquae elementum respondere; in hepate, cui folliculum fellis adjungunt, cuique ligni elementum dominari; in corde vero minus, cum illi ignis elementum praesit, cuique intestina gracilia adfoeciant; in stomacho, cui lienem copulant, & cui terrae elementum convenire; denique in pulmonibus, quibus intestina crassa addunt, quosque metalli elementum regere, affirmant: Veluti latius de Sinarum rebus Medicis ex professo acturus, deducam. Cum etenim calidum, quod Sinae *πῶν*, sive innatum vocant, sit mixtionis artifex, à via à noxiis flatibus transeat sapiuscule. \* Platerus, qui causam arthritidis vel intra vel extra venas congeri statuit. (o) In eo mecum concinere videtur Petrus ille Diverius de affect. partic. cap. 16. ubi sic ait; Subitam fieri Arthritidem sapissime animadvertent, qui hanc artem consummabunt, videbuntque, modo hepar, modo lienem, modo ventriculum, modo uterum, modo aliam internam partem, modo totum corpus, non autem semper caput, esse in causa hujus affectionis.

(i) Ita Hippocr. in epist. ad Demetrium Regem, caput omnis defluxionis, sive internae sive externae, fontem nominat: Scaturiginem porro Arthritidis cujusvis vult esse speciatim capitis partes externas & extra calvam positas.

(m) Fernel. pathol. lib. 6. cap. 18.

(n) Velim addi, membranas; quoniam illae cum spinali medulla ad partes inferiores vergentes periosteum constituentur. Fortean hæc

quo

- (p) Videatur illustris ille Hippocratis de veteri medicina tractatus. quo omnes (p) inter se temperantur humores, neque conspicui sunt, neque hominem lædunt; ubi vero aliquid in humoribus secretum fuerit atque ipsum in seipso extiterit, tunc & conspicuum fit & hominem lædit: Lædit maximopere dum flatus fuscitat & inquinat; qui, ubi in visceribus (q) majore multitudinis & frigiditatis impetu præcelluerint, *δυσπνικτῶ ἢ ἀπνικτῶ, ἢ (r) μεμιασμένῳ νεστροῖσι μίδουμασι*, sanguine (ex quibuscunque etiam visceribus scaturiente, & (r) per omne corpus penetrante) divecti (r) per univèrsum corpus permeant, atque ubicunque (z) abundant, concluduntur & impinguntur, dolorem excitant, non quidem à coinquinato viscere ad afflicandum articulum procedentes, sed venarum vehiculo (& flatus per hæmorrhoidas prodibat Eudemo, memorante (w) Hippocrate) à labefactato viscere ad (x) ea loca, unde sanguinis fontes & radices proveniunt, propelluntur, sicque ipsum cor appellant, in quo sæpe numero febres, cordis palpitationes, (y) aliæque mala, ne dicam syncopen, imò mortem, nonnunquam inferunt: Febres, quando univèrsum corpus pervadunt flatus, (z) sanguineque plenas partes maxime petentes eas frigefaciunt: (a) Cordis palpitationem
- (q) Libr. de flat. §. 11.
- (r) Ibid. §. 6.
- (s) Ibid. §. 11.
- (t) Ibid. §. 10.
- (u) Ibid. §. 13.
- (w) Lib. 5. epidem. §. 10.
- (x) Libr. de flat. §. 10.
- (y) Quorum catalogum, & à flatibus *ἐπιλογίαι*, conspice apud Hippocr. libro dicto passim.
- (z) Ibid. §. 10.
- (a) Hanc ut plurimum, ab humoribus flatibusve (suffecerint mihi flatus) multum viscosis & simulacribus, ad ventriculos cordis delatis, & in ipsis hærentibus, atque ipsum cor ad inordinatam inæqualemque sui contradictionem continuo irritantibus, suspicatur clariss. Sylvius prax. Med. lib. 1. cap. 35. §. 7.

tationem

fationem (quæ (b) hypochondriacæ & (c) hysteriæ affectioni, ut his hiatus & pandiculationes, flatuum soboles, familiaris est) dum (d) acris ille flatus (e) locos teneros, inconfuetos, ac prius intactos, contingit; quemadmodum spiculum infixum penetrans per carnem perumpit, & præcordia petens, cor irritat & vellicat; (f) *ἵνα τὸ το προσηνῆται ἔ παλλη*. Syncopen, cum spiritus magnus & densus cor corripuerit (ut (g) Magnus Artaxerxes Pæto suo scribit de anxietate) quumque (h) ex eo defecerit calor, (i) sanguinisque (k) venarum (l) suppressiones exortæ fuerint: Ex quibus & ipsa mors: quandoque conficitur, (m) universo scilicet sanguine frigidato, quando nempe lethiferis flatibus eliminandis cor ineptum est. Aliorum morborum qui cupit ex flatibus originem, ad eat ipsum fontem, quo (n) semipaganus ego labra tantisper prolui mea; aliis quippe hæc relinquo, quorum imagines fortè tunc lambent hederæ sequaces; ego persequar Arthritidem; Cor itaque noxio flatuum assultu \* perculsum illos averruncare contendit, quos si debellarit, magno nisu, ut corporis alimentum, sanguinem, ab illo contagio liberet, per arterias ad extremos corporis artus delegat; velut ex vehe-

(b) In qua balirus tam glutinosos, quam acres, culpat idem, ibidem, §. 8.  
(c) Cujus causam, ut supra dictum est, vaporem cerè venenatum, malignum, perniciosum, frigidumque, per venas & arterias sublarum, statuit Fernel. pathol. lib. 6. cap. 16.  
(d) Arbitramur enim eandem sæpius ab halitibus acris, &c. produci; inquit idem Præceptor quondam mens celeberr. Sylvius, prax. med. lib. 1. cap. 19. §. 56.  
(e) Hippocr. de flat. §. 14.  
(f) Ibid. §. 11.  
(g) Hippocr. Lib. 7. epidem. Sect. 7. ubi de animi deliquio. (h) φλέβας indifferenter pro venis & arteriis usurpant veteres. (i) Sive quietem, hoc est, minorem motum; id enim αἴσις indicat. (m) Lib. de flat. §. 10. (n) Persius in prologo. \* Hippocr. ibid. §. 11. φ β δ α ε ρ ο ν dicit.

mentiore

(o) Propter hoc cordis dominium in flatus evenire existimo, quod animi passiones magnum robur habeant in arthriticis: Sic quem gaudio sublatum articulo morbum (vide Hildanum cent. 1. observ. 79.) mœrore irradicatum, iracundia confestim & vehementer irritatum, observas.

(p) Hippocr. lib. de aliment. §. 12.  
(q) *Ibid.* 7.

mentiore arthriticorum pulsu experiri est: Et cur ad ultimos corporis articulos, ut plerumque in manuum pedumque digitis citius quam alibi sentiatur ille dolor? Hunc captum hostem in extremum, quantum potest, mittit auxilium (o) cor: Atque hinc ego opinor, præstare Arthritide laborare, quam Febre; Quoniam morbifica causa à nobilissima ad ignobiles partes devertit; quinimo articulo hoc vexamen non modo periculi immune, verum etiam in multis aliis ægrotudinibus *αρθριτικόν*, existit. Fortassis eadem interpolantium febrium quæ Arthritidis causa fit. Ideone Arthritidem propriam articulo febrem, cum doloris acerbitate conjunctam, appellavit Hippocrates? Cor ergo quo longius perniciosos à semet avertit flatus, eo fortius est; & vicissim; Nam flatus quo propinquiore cordi, eo etiam nobilioribus partibus magis infesti sunt: Atque ex iis de cordis imbecillitate vel robore non male quis judicet, uti Sinenses Medici ex pulsibus (quorum totum mysterium in mensura respirationum, earumque proportione cum pulsibus consistit, qui ea propter circulationis sanguinis initium à pulmonibus, spirituum officina, mutuatur; uti alibi prolixè docebitur) ex quo etiam, si intensior sit, de articularis morbi præsentia discerni potest. Quemadmodum autem (p) humiditas alimenti (q) cujus principium est spiritus) vehi-

vehiculum est, atque (r) per arterias sanguis & spiritus, vitalis vulgo dictus, aberrant in omnia; sic quoque noxii flatus sanguini se miscent, quos à corde propulso arteriæ excipiunt, quæ illos non minus quam sanguinem ad imbecilliores partes transferunt: Si verò viribus prævaleat fecus affligendus articulus, nec tamen mora nec quies est perverso huic hospiti; quapropter ille retrogradus venis semet iterum insinuat (nam per easdem vias revolvi prohibet arteriarum constructio, è contra venarum; prohibet & sanguinis motus, promovet in venis) averfanti redux cordis, unde denuo fit exul flatus, debiliorem partem (cui tum forte minus roboris minusque caloris suppedit) invasurus: Hinc accidit, quod qui modo in manu, paulo post percipitur in pede dolor. Hos, Arthritidis suscitabula, flatus arterias (a) plurimus spiritus per omne corpus universo sanguini permixtus est) pervadere, indicat major & crebrior, doloris in hoc morbo assiduus comes, pulsus; indicat idem arteriarum extumescencia & distensio; indicat etiam, veteribus in articulari dolore usitatus remedium, arteriotomia; quæ dum instituitur, flatus nonnunquam cum sibilo erumpit (nam veluti (b) aqua, ita & sanguis, in corpore, acere statibusve plena est) qua flatuosa ventositas sistitur; sistitur autem (c) venæ sectione, inquit (d) Hippocrates; qua arteriarum apertione majus levamea Arthriticis

(r) Ibidem.

(a) Hippocr. lib. de flat. §. 21.

(b) Ibid. §. 18.

Ubi de aqua intercute; cujus dilucida &amp; his jure apponenda exempla vide apud Hildan. cent. 6. observ. 40. &amp; 41.

(c) Per quam &amp; arteriotomiam intelligas; quam quam phlebotomia, me judice, sanguinis ac spirituum vigorem deprimat, ut cum Willisio loquar, absque materiae morifica diminutione, nedum eradicatione.

(d) Lib. 2. epidem. Sect. 5.

E

Arthriticis

thriticis adferri, quam phlebotomia, restantur; indicat idem Sinenfium ac Japonenfium cum herbacea mollugine inultio; quæ si arteriis Arthriticorum vehementius pulsantibus (signum, flatus noxios in iisdem etiamnum hospitari) adhibeatur (quod tamen Sinæ Japoneseque non bene perspexere) morbiferam illam flatulentamve materiam exhaurit; quod sæpiissime non minus admiratus, quam expertus, sum, & quod unicuique in odontalgia observare dabitur, quoties pulsantibus in temporibus arteriis incendiariam ex arefacta planta stupam applicuerint, qua doloris author flatus non modo intercipitur, sed etiam plerumque dissipatur; uti latius in huius morbi *θεραπεία* explicabitur: comprobatur denique illustre illud Hippocratis effatum (e); Calidissima venula (per quam arteriam ejusve extremitates intellexeris) sanguinis multitudine id quod fuliginosum est (hac larva dimicant illi flatus) exeret, & statim secernit: Arteriæ igitur (f) imprimis sunt, per quas tortor ille flatus ad artuum juncturas proficiscitur; quoniam adhibita repellentium medicaminum vi, haud raro artus jam affligens flatus *πλευροδωμν* instituit, atque eò quandoque affurgit, ut cor angore, deliquio, cæterisque cruciatibus, cum internecino nonnunquam ægri damno, affligat, nisi ad articulos relabatur, vel, (g) uti Lofelio placet, egregio cathartico egeratur: Præterea etiam quod venæ circa pedum articulos ex flatibus intumescant, ac turgidi in podagri-

(e) Lib. 6. Epidem. Sect. 6.

(f) Ad venas enim quandoque regurgitant, ubi partis robur malignum illum flatum repellit, sicque ad cor remittit.

(g) De podagra.

ci

ci paroxyfimi principio conspiciantur; quæ *ἐπισημασία* indicat, flatum Arthriticis causam ab arteriis expui in partes sensiles, articulum ambientes, & non sub cute à capite eò transmitti. Quod verò arteriis, dum easdem malus hospes transit, nullas figat doloris acies, fit, quia sanguini (quem equidem inordinatè tunc exagitat) immixtus, illarum tunicas haud facile vellicare queat ligatus hostis, qui quamprimum in circumossalem exactissimi sensus membranam, sanguinis vinculis expeditus, impigerit, illam non tam lancinando pungendo-ve, quam ab osse divellendo, torquet: quique vel suopte ingenio, cum scilicet excipientis partis vires & calor eundem evincunt, vel vi, repellentium nempe medicaminum applicatione, ad cor, sicuti modo dictum, relegantur infesti flatus.

Quocirca, ut hoc monito, primæ dissertationis parti coronidem imponam, Caveant à repellentibus dictis mediis (blanda licet in principio *ἀντηρίσσει* atque *ἀνοδωρία* adulantibus, sed virulentum gestantibus in cauda aculeum) Practici, dum cæca *ἐμπειρία* ad illa, tanquam ad asylum, refugiunt, experti tametsi multotiens, illa non semel præfens levamentum attulisse: Fateor id equidem, nec ignarus eventis, verum profunda noxæ stigmata inurit hæc medendi ratio, dum quibus multo conamine semet exonera-re fategerat cor, ad nobile viscus remittunt; ubi tum febres, anxietates, palpi-



(b) Hippocr.  
de flat. §. 24.

tationes, & alia id genus mala, excitant (f) flatus, qui omnium istorum morborum omnimodæ sunt causæ; cætera vero omnia, quæ causæ videri queant, vel hos adjuvant, vel consequenter post hos in corporibus morbos generant.

Hic porro in Epilogum Arthritidis differentiam (jam ante traditam,) nihil illam etiam tradidissent authores, diducere; quod nempe alia sit vaga, alia fixa; illa vel periodica vel inordinata, typica plerumque conjuncta feбри, altera sine eadem; in hac enim intervalla satis lucida eveniunt: fixa vel levis vel ingravescens; illa sine tōphis, hæc in articulis calculosam materiam, tōphaceasque moles congerit; alia denuo hæreditaria, alia ex perversa victus norma acquisita: Ad illam spectat hoc Hippocratis dictum; Semen retinere temperamentum & complexionem gignentis; Ubi quidam contra Fernelium disputantes, volunt, ferofum humorem, quem illi ponunt, nihil facere ad generationem, ideoque non esse Arthritidem gentilitiam, nec Arthriticos nasci ex Arthriticis: Quam prævaricose! Quamobrem his missis, pergamus ad partem secundam.

Pars

## Pars II.

## Semeiotica &amp; Symptomata.

**E** Cquid in vasto præstet pelago Na-  
varchus, dum fragilem, cui tot se-  
se crediderunt animæ, ratem mi-  
naces quassant fluctus, & ignotæ syrtes in-  
hiant naufragio? nisi crebra attentaque  
observatione, scopulorum cautiumque situs,  
non ex solis mappis, verum ipsa *ἀυτο-  
μία*, distinxerit: Et quæ immensum e-  
natabit æquor, nisi suo radio poli altitudi-  
ne dignota locorum distantiam firmave-  
rit, atque acus nauticæ declinationem ob-  
servaverit? Id ipsum medicantibus usu ve-  
nit, quibus cum caduca mortalis corporis  
cymba curanda traditur; quomodo (b) æ-  
rumnosa multiformium morborum effu-  
gient procellas & vitæ catastrophas; nisi  
homo tandem supervivere possit, si dicat vicia & morum (de  
quibus legatur Seneca de brevitate vitæ, cæterique ethices mystæ)  
fragiliisque corporis intricatissima structura perpendatur; ut  
merito dixisse Hippocratem existimem; *τὸν βίον βραχύον*. Ego  
vero miror, quod pars illa vitæ, quam nos vivimus, non magis  
exigua sit.

(b) Quæ tot  
sunt, ut id  
unum ex  
maximis na-  
turæ miracu-  
lis esse pu-  
tem, quod

(i) Videatur  
Fernel. P<sup>ri</sup>-  
ncipol. lib. 2.  
cap. 7.

(k) Videfis  
Barbette in  
sua chirurgia,  
P. m. 165.

symptomatum male suadam syndromen experientiae fide & rationis radio collustraverint, intellexerint, discreverint? Dum intimo corporis recessu conditi morbi certis signis percipi debent & possunt; (i) quibus sublati, medicinae fundamenta corruunt. Oportet igitur prudentem Medicum aequa lance ponderare, & acri iudicio expendere, illa praesertim morborum signa quae pathognomonica audiunt; quae quoniam cum morbo orta, cum eodem quoque dispereant, tanti facienda est illorum notitia, quanti aegritudinis cura.

Externum ex humorum affluxu tumorem, calorem, inflammationem & febrem dixere Practici articularis (k) doloris indicia; quae cum ancipiti ratione illi affideant, eiusdem substantiam minimè constituunt: Motus laesio & dolor inseparabilia sunt Arthritidis signa; quae cum ea nascuntur, augentur, consistunt, diminuantur, & evanescent, certi intrinsecè delitescens atque oculis rarissime patens tumoris indices; quibus & venarum intumescens & intensiorem arteriarum pulsus, Arthritidi continuo concomitantia signa simul & symptomata censemus, quia experimur; Caetera verò quae à Medicis habentur talia, epiphænomena seu synechreonta, quae morbi lenitatem vel pravitatem, nec tamen semper, non essentiam, indignant, eumque haud immediatè sequuntur, nec propria arthriticae materiae effecta, vel etiam accidentia, fallacia potius signa, sunt. Hic

Hic ad exemplum Archigenis (quem locos affectos & morborum proprietates ex dolorum differentiis tam accuratè descripsisse, acsi omnes passus fuisset; ac veluti, lingua gustandi sensu, qui quoque tactus quidam est, sapore dignovisset, tradidit (l) Galenus) ex doloris indole de parte læsa judicandum est; Lancinans is est in Arthriticis, distendens, pulsativus, profundus, assiduus simul & acerbus: Singula afflicti periosteï certa signa: Lancinans est, quia delicatissimi sensus illa membrana læditur; distendens, quia Arthritidis inflator eandem divellit, attollit, & expandit; (m) idcirco Arthritide laborantes tensionem in imo sentiunt; pulsativus, quod hujus author morbi arterias pervagetur, sanguinemque inordinatè moveat, afficiendo incuneandus articulo; (n) profundus est, quia circumossalis membranæ est; infibulatum vocat Archigenes, infixum Galenus; Assiduus, quod (o) membranarum dolores æquales & in hoc morbo quandoque vagos, non modo in eodem sursum & deorsum, verum etiam ab uno in aliud transilientes membrum, atroces dolores inferant, præsertim in articulorum cruciatu, qui (p) velut à radice incipiens, uniforme & commune ossium tegmen, continuitatis vinculo (quod doloris consensum in distinctis partibus arguit) connexum afficit, statumque in dolentem partem incontinenter, quamdiu pabulum sufficit, ingurgitat: Denique acerbus est ille

E 4

dolor,

(l) De loc. affect. lib. 2. cap. 1.

(m) Sunt verba Galeni ibidem.

(n) Ita ex Galeno supra citavi; Quod membranarum, quæ ossibus adjacent, dolores & profundi sunt (hoc est, in intimo corpore sensum excitantes) & ossium ipsorum veluti dolentium inducant imaginem, haudquaquam mirandum est.

(o) Idem ibidem.

(p) Ibidem.

(g) Malignus est, & doloris progressus: neque genuum dolor bonus est: Sed & surarum dolores maligni sunt, mentemque turbant: inquit Hippocr. Coac. prænot. p. m. 524. κακίνης dicitur textus.

(r) Galenus ibidem.

(f) Apposite Willisus cap. de Arthrit. Dolor in iis partibus omnino à solutione continui dependet, atque hæc à materia quadam corporibus istis impacta vel incumbente, procedit.

(r) Libr. de flat. §. 15.

(s) Ibid. §. 16.

(m) Hippocr. de veter. medic. §. 24.

(x) De flatib. §. 17.

(y) Ibid. §. 18.

dolor, quia multitudinis & (g) malignitatis impetu præcellens flatus acutissimi sensus membranam (r) atrociter & violentè molestat, replet, avellit, & chordæ tenæ instar (ut cum Sinenibus loquar) distendit, imo & quandoque (f) continuum solvit, uti summus arguit dolor: Hanc quandoque sequuntur continui solutionem variæ fluxuum, sanguinis rupturarum, hydro-pum, &c. species; rheumatum quidem ((t) ut Hippocratis verbis professus utar) quum venæ aëre repletæ sunt, & caput propter flatus inclusos aggravatur, deinde convolvitur spiritus cum sanguine propter angustiam viarum, tenuissimum autem ipsius sanguinis per venas excluditur, atque id ipsum tenuissimum liquidum quum coærvatur, per alios meatus fluit; & ubi tandem cumulatim progrediens constiterit, ibi constituitur & morbus; prout hæc latius profequitur (u) author idem: Fluxio vero hæc aliquando sua sponte, quandoque propter dolores, hi ob solutionem continui, hæc propter flatus (w) copia & robore peccantes; ubi etenim (x) venæ spiritu complentur, ex eo sequitur dolor; & (y) quum violentia quadam invicem distcedunt & finduntur carnes, fissuram subtercurrit spiritus, ac dolore affligit; quum autem ipsi flatus, carnes pergressi, meatus corporis rarefecerint, sequitur post flatus humiditas, cui viam jam antea aër præstravit; uti hoc aquæ intercutis aliorumque morborum exemplo proluxius demonstrat (z) Hip-

(2) Hippocrates. At enim dolor primum & princeps est Arthritidis signum pariter ac symptoma. (2) Ibidem 99. seqq.

Alterum est motus læsio, ejusdem cum priore ingenii & gradus; quæ non ipsorum organorum, sed tantum periostei, vitio, accidit; quippe cum Arthritide apparet, & cum eadem disparet *Substancia*: illa namque cessat, quamprimum circumossale tegumentum ad pristinum restitutum fuerit habitum: Quod verò ad externum contactum dolor admodum inrudescat, fit, non quia ipsamet instrumenta motus malè afficiuntur, sed quia expansum jam periosteum incumbentium partium compressione magis angitur, unde inhærens status acrius irritatur, novi cruciatûs coactus auctor.

Atque hi indivisi comites Arthritidem, velut umbra corpus, sequuntur; reliqui, qui à scriptoribus recensentur, accidentium sunt accidentia; Sic animi deliquium, vigiliæ, virium imbecillitas, inflammatio, erysipelas, & ex humorum illuvie tumor, è dolore (qui & ipse (a) morbus, & morbi, dictorumque symptomatum causa, & primum symptoma vario respectu dici possit) sobolescunt, plerumque tum demum prodeuntia, cum dolor augetur, atque cum eodem accrescentia & evanescentia; quæ, inquam, unicam agnoscunt causam, dolorem, non modo in variis, verum etiam in iisdem, ægris, eodem quoque tempore,  
hoc

(a) Quod negat Eysenmenger, alii que.

- hoc magis, illo minus, isto levius, alio gravius, exsurgunt atque diseruciant : Atque illa differentia vel à flatuum inquinamento, vel à multitudinis impetu, procedit : (b) Ὁμοίως δ' ἀν ὀρμησάσθαι αἱ φύσεις πλείους ἐν ψυχρότητι, τοῦτον γίνεται ἐν νόσος ἀπὸ μὲν πλειόνων ἐν ψυχρότερον ἰσχυρότερον. Præterea, differunt illa accidentia pro humorum (quos flatus fortè impetit & exagitat) natura, abundantia & (c) Idem lib. de humor. §. 1. (c) ferocia ; Ita corpora, in quibus serum deficit, præcitata symptomata plerumque, tumorem vero ferofum vel rarius vel nunquam ; ast quæ ferro scatent, illa à ferofâ colluvie extumescentiam præ antedictis accidentibus, nulla sæpè concomitante phlegmone, (d) (τὰ δὲ πολύαιμα διὰ τὸ πλεῖστον τὰ αἵματ' ὀλέγοντας ἐμπούει) perpetiuntur. Verum ubi in imo absconditur dolor, uti in coxendice aut scapula, humoris natura vel affluxus, tumorisve color, diagnofin, vel nihil vel parum, juvant. Dolorem parere inflammationem, in confesso est ; febris vero, animi defectus, viriumve debilitas, vigiliæque producuntur, quando flatus cum sanguine convoluti (ut (e) Hippocraticis partimque præfatis effatis hæc enuntiem) & univerfum corpus permeantes, tranfeunt ad ea loca, unde fontes & radices sanguinis scaturiunt, quibus frige factis, per totum corpus horror confequitur (sic loquitur, de febre disserens) spiritibusque animalibus à vitiosis his flatibus coïnquinatis animi impotentia : (f) lb 1. §. 12. (f) Quando autem congregatus fuerit cumulatim

mulatim sanguis, calefit rursus ipse flatus, qui antea sanguinem in frigidat, unde vigiliæ irrepunt: (g) Quum enim è contra, corpus invaserit somnus, sanguis frige fit.

(g) Ibid. §. 20.

Enimvero ferofus ille tumor paulo longius, quam reliqua ex dolore orta accidentia, pervestigandus est; quoniam hic scriptores maximopere occupavit, illum, ipsam Arthritidis substantiam, saltem materię arthriticę conceptaculum esse opinantes, adeoque ab ipso articulorum morbo nullatenus segregantes; unde multę magnęque de proxima articularis morbi causę hallucinationes profluxerunt; quo factum, ut tot eximii authores soli humorum examini tenacissime inhæserint, certo sibi persuadentes, huncce tumorem humorumve illapsum inseparabilia esse articularis morbi signa. Sensus modo consulant suos, recedent facile à præjudicata sententia, neque illos ex Arthriticorum coetu eliminabunt, qui tumore hoc carent, cum tamen vehementer doleant in articulis; Quin potius mecum affirmabunt, tumescentiam illam, serive illuviem, nunquam statim cum ipso dolore ordiri, nec semper cum eodem finiri: Non orditur cum illo; nam (præterquam quod plurimi Arthritide vexati, tumorem illum non continuo persentiscant; ut suo periculo expertus testis mihi fuit venerandus D. Hermannus Bushovius *vũv ex alyois*, authoresque convincet indagando) dolor coxendicis & homoplarę eo humc



humoris affluxu, saltem tumoris effluxu, communiter destituuntur: Et quamvis in aliquibus dolorem tumor insequatur illico, nunquam tamen coavos, quisquis penficulatè examinaverit, eosdem offendet; Quinimo ubi dolor jam adest, tumor à prudenti Medico, dummodo illum sat citò aggrediatur, dolorifico nempe flatu convenientibus mediis in tempore dissipato, sæpe præcaveri potest; veluti perquam abundè per incomparabilem illam Sinarum Japonumque medendi rationem, inustionem videlicet cum sua Moxa (de qua in Curatione) præstitum infinities comperi. Nec cum morbo, quem, ut & ejus causam, tametsi aggravet, finitur ille tumor; Quippe sicuti tum demum feri illa soboles pleurumque exoritur, cum morbus in statu est, dolorque intenditur atrox; ita sæpe, cessante articulorum cruciatu, etiamnum apparet, apposita curatione & animi tolerantia tantum edomandus tumor; qui nisi circumspectè tractetur, artus interdum dislocat, ut claudicet æger, eosdemve nodis vel tophis deformat; ut motus etiam aliquando in perpetuum depravetur. Quocirca ratum esto hoc axioma; Humores, tumorem in Arthritide producentes, nedum ipsum tumorem, non esse morbi causam, sed merum accidens: Quapropter huic Practicorum seductori, tumori, magis detrahenda larva est; Hic etenim naturæ inimicus è feroso, falso & acri latice ortus, partim ipsos articulos vehementi dolore invadit, partim dolore pri-  
vius

vus (cum videlicet, viscidior, nec acrimonia quadam conspicua, pituita natus est) mollescit, pallidiorque frigescit. Hic porro ab ipsa Arthritide discernitur tumor, cum ejus productrix causa disperiit, propria tum demum se prodens indole, & à simplici feri extumescencia discrepans. Adeoque, uti ante dictum est, duplex existit in articulari morbo tumor; alter nempe flatulentus, internus & articularum dolori genuinus; alter serofus, externus, symptomaticus, & à priori longe diversus; Quippe præter citatam nomenclaturam & efficientem causam, loco affecto invicem quoque differunt; Nam ubi flatulentus sive internus periosteum distendit, serofus sive externus carnosas partes, ut aqua spongiam, imbuunt; dein ubi ille atrocem, hic vel obscurum vel nullum dolorem infert; denique ubi flatulentus per se subsistens morbus est, serofus doloris symptoma existit; Dolorem namque humorum affluxum incitare, (a) scriptores unanimiter docent; Quoniam in singulis compatiens alma mater Natura, membris afflictis opitulari avida, dolentibus auxiliatrices spirituum humorumque copias mittit partibus, quæ cum ad abigendum illum hostem imbecilliores evaserint, benignos humores potius depravant, qui tunc in externum hunc tumorem degenerant: Tantum abest, ut ille humorum, carnes infarcientium, decursus primam dolori dederit ansam; cum potius ad dolorem à læsis

(a) Ex Galeno de method. medicand. lib. 2. cap. 2. & lib. 5. cap. 4. & 6. & lib. 13. cap. 5.

(b) Hippocr.  
lib. de flat.  
§. 15.

læsis jam partibus arcendum emisissent; & quandoquidem humores multo crassiorum sint partium quam flatus (b) λεππίτατον τῶν αἵματων ἢ ἄλλων πόρων ) angustissimos illos compactæ ossium membranæ meatus penetrare nequeunt, nedum noxios in abstrusis illis partium latifundiis, loco movere, multò minus exantlare, flatus. Quid igitur causæ est, cur ad humorum assultum non modo articulorum, verum etiam dentium, dolor imminuatur? Id inde evenire mea dicitur hypothesis; quia carnosæ partes, prolapsis humoribus quasi inebriatæ, molliores, rariores, ac magis sequaces fiunt, ubi tanta duritate ac dicitate expansum periosteum non comprimunt, quanta quidem pressant idem, cum consueta humores mensura pervadunt eadem; quinimo ipsa circumossalis membrana, humorum incubatu, molliores laxioresque nacta poros, tanto nisu ab ossibus neque divellitur neve distenditur; atque exinde infixus flatus patentiores adeptus fores, majoreque calore fatus, rarefcit magis, & dissipationi aptior evadit: Uti enim in macrocosmo (c) sol quod tenuissimum ac levissimum est, primum educit, ac sursum rapit; ita etiam in microcosmo, calor celerius dissipat flatus, nisi arctioribus cancellis referentur, (d) multaque incumbentium partium impedimento sint obstacula, per (e) meatus penetrantes, extra prorumpunt, (f) cooperante in hoc quoque ipso sanguine spiritibusque: Non quod ex humorum prolapsu productus tumor nulla secum trahat incommoda; quin potius

(c) Idem lib.  
de aer. aq. &  
loc. §. 17.

(d) De flat.  
§. 13.

(e) Ibidem.  
(f) Ibid.  
§. 12.

potius gravius ipsa Arthritide symptoma, afflictæ partis aliquando dislocationem, nodos ac tophos, inducit: Dislocatio enim, in coxa nonnunquam & in aliis partibus, ab ipsa Arthritidis continente causa in se spectata, excitari nequit, humorum nimio illata insultu; non quod humorum illa defluxio, in articulos affatim irruens, illos è suis pyxidibus vi possit extrudere; verum quia acerbus ille dolor humores alliciens, & auxiliatrix natura eisdem emitens, tantam eorum copiam in læsam partem eructant, ut ossium ligamina vincula, iis saburrata, laxentur ac mollientia solvantur, atque ita è sua cavitate os recedens, dislocationem post se relinquit; quæ non tantum in coxendice (licet illius præsertim plurima calamitosa apud scriptores exempla prostant) verum etiam in quovis articulo contingere potest; præcipue si (g) incautus Medicus præpostera remediorum applicatione, humorum illum decubitum, doloris vehementia & naturæ impotentia, jam nimium, magis irriter & augeat; uti crebrior (h) balneorum usus, & id genus medicandi comprobatur; quod facile præveniri potest, ut postea ostendetur. Præterea, humorum illud profluvium immedicabile nodorum tophorumque malum quandoque ciet, quando partes illorum tenuiores dissolvuntur & dissipantur, ac sæx quædam (ut cum (i) Fernelio loquar) manet, quæ frequenti influxione vitiosi laticis coagmentata in nodos

(g) Memorabilem casum habet. Paræus in sua chirurgia, fol. 256.

(h) Videfis Fernel. pathol. lib. 6. cap. 18. alioque.

(i) Lo. o. d. 3. do.

(k) to-

(k) De tophis, sed veneris, unum memoratu dignum, & a me, nosocomii apud Jactrenses Batavos inspectore observatum exemplum, hæc revidenti occurrens, adjiciam;

Vir nauticus, triginta quinque circiter annos natus, Veneris lue, quam Arthritidem dicebat, nuper infectus, tophi vestigium dextram super tibiam in convexa partis medinullo retinuit, quod navali labori insudans, lori asperitate, pedes nudus, ruditer radendo dirupit; quocirca ut ipsum tibiæ os denudaretur, pleniore incisura instratas partes detexit Chirurgus, & actuali cauterio identidem inussit, magno cum agri dolore, tamen periosteum bene abrasum effecit: Atque ita nec urendo, nec radente ferro dedolando nihil proficiens, propius inspexit inquinatam tibiam Chirurgus, quam exiguo foramine (quod spatulæ, ut vocant, apicem vix admittebat) pertusam invenit; atque eapropter trepanum imposuit, lamellamque ad ossis cavitatem extraxit; ubi loco medullæ, fungosam admodumque sensibilem carnem (quousque tactu penetrare valuimus) reperiimus, non ausi ob sensus teneritudinem, ultra urere; quapropter eadem huic plagæ, quæ capitis vulneribus, medela adhibita fuit; cujus hic eventus erat; Tibia illa veluti cranii fractura cum siccis plumaceolis aliquandiu deligabatur, unde levis fungosæ illius carnis, quæ medullæ loco erat, excrescentia & parva saniei excretio sequebatur; postea caro illa, cum sicca captura deligata, luxuriabat, tandem consolidare cœpit, ubi tamen veneræ luis signa se prodebant, quocirca ordinariæ insuper curæ, me inscio, destinatus est hic æger, non multo post tempore sanus. (l) Sic novi in Gellia, Consulem, cui omnes fere manuum digiti cœniti erant ex tophis, incurvatum valde dorsum, tophacei pedes, & nescio quæ non. Alibi alios.

me docuit; ceterum (m) insolubili nodorum tophorumve labe articuli diffiliunt, distorquentur, & pereunte motu, incurvescunt. Eaque vel naturæ vel artis vitio articulis accidit deformatio: Naturæ culpa, cum caloris nostri vel accidentariæ inflammationis vi tenuior pars exhalat, crassior vero & tenacior superstes coagulatur & concrescit; Artis noxa idem nimio opere, proli dolor eventit, dum prævaricosa manus (n) repellentibus, nimisve exsiccantibus & (o) perfrigerantibus mediis abutitur, quibus depravatus, seu tenuitate peccans, humor intro pellitur & inspissatur, eoque magis crassior illa, quæ sæpe numero in manifestum tophum induratur: Vel etiam perverso (p) calefacientium nimio opere medicaminum, balneorumque immodica adhibitione; ubi (q) rarefacto corpore à calore fomentum spiritus inde

(m) Juxta vulgatum illud Nasonis; Solvere nodosam nescit Medicina Podagram.

(n) Ita galiam & hypocistida Arthriticis damnose præscribit ex aliis Plinius.

(o) Sic multos vidi podagricos, qui levarianis spe affictos pedes nive contegebant: Doloremque exinde sæpius mitigatum

comperi, sed ægros pariter debiliores & maleuada febre correptos. Ergone incassum monuit Hippocrates aphor. 25. Sect. 5. ubi inquit; Frigida, velut nix, glacies, defluxiones inducunt, tumores in articulis, & dolores absque ulcere, & podagricas affectiones, & convulsiones. Et quid commune magis tonsoribus nostris, quam in pedum captura ad oxycraton, quam suam Poscam vocant, refugere? Atque hujus facultatis plurima remedia, graviora malis, quæ prudens & morbi hujus gnarus Practicus cane pejus & angue fugiat. Abblandiuntur illa equidem plerumque in primordio, sed nocentiora cordi figunt spicula, sanitatis & vitæ acerbam labem: ut supra relatum. Verum quod *ἀποκρίσαντο* & astringentia medicamina Arthriticis auxiliantur, id præsertim in principio vel morbi vel ejus paroxysmi autumo scioque; opitulati autem coarctando poros corporis; unde insitus parti calor

F

calor difficilius transpirat, novique calor accessu potius auge-  
tur; atque hinc frigidior ille flatus aliquantum mitigatur & dif-  
pergitur, calidiusque & nobilium microcosmi clima majori cum noxa  
petit, ubi repullam passus ad pristinum redit stabulam, atque in-  
ibi reclusas reperiens fores, ferocior evadit & in tenerrima sensus  
organa calcitrat indomitus: Caveant igitur in articulari morbo ab  
insidiis adstringentium blandis sanitatis moderatores: Ca-  
veant se, v. g. ab aluminis usu Arthritici, sive in fomentis balneif-  
ve, cum naturalibus tum artificialibus, sive aliter adhibito, ut  
Hildan. cent. 5. observ. 83. & cent. 6. 85. præcipit; illius n-  
damnum in semetipso expertus est: Etiam alumen caliditate  
quoque præditum enuntiat Dioscorides. Hæc enim facultas alu-  
mini accidentaria est, ob dictam rationem. Balnea si quis amet,  
inter potius sulphurea, quorum utilitatem in Arthritica affectione  
apud Japones compertum. Et si de tertia medicaminum virtute qua-  
ratur, sudorifera cæteris præponerem anti-arthriticis; sed quæ mo-  
derato calore polleant: Quorum præstantiam in articularum dolore  
vide apud Hildan. cent. 5. obser. 83. & cent. 6. observ. 82. Ali-  
qui vomitoriis Arthritidem fugare contendunt; fateor, vomitum  
in principio morbi, cum in organo sunt humores, quandoque  
utilem & efficacem; uti ex eodem Hildan. cent. 6. observ. 84.  
etiam discere datur. Sed non est hic imitandum emeticophilis  
Mayerne (à quo Anglorum Practici frequentem vomitoriorum  
usum hauserunt maxime) exemplum, qui in singulis fere mor-  
bis indiscriminatim emetin præscribebat. Quod autem reliquam  
anti-arthriticorum medicaminum diversitatem attinet, ego equidem  
cum Andrea Cnoeffelio concinerem, ubi dicit; Purgationes sive  
turbationes & colligationes potius liquorum naturalium, & vena-  
sectiones è consortio meorum in articulari morbo medicamento-  
rum exesse volo; nolo enim per virium & vitæ atrocina mede-  
ri; si alvus, prout sub dolore fieri solet, constipatur, nec bene  
respondet, ad obsequium redigatur enemate domestico, cirra so-  
luriva parato, & non nisi constipationis necessitate repetito.  
(p) Atque ita refert Duretus in Hollerium; Principem de Nemours  
abusu olei ceræ, arte chymica extracti in *de Duraivay* progredi-  
undi incidisse: Loco supra dicto: De aliis aliis. (q) Hippocr. lib.  
de flat. §. 14.

exhauritur, ut, tametsi quies hinc aliqua  
& mitigatio dolorum procuretur, fiat si-  
mul humorum concretio & pertinax tu-  
morum

morum induratio: Quapropter in vulgari  
 Arthritidem curandi methodo (r) mode-  
 ratè calefacientia, emollientia & defic-  
 cantia cæteris anteferrem. Sed ne extra  
 oleas. Enimvero hæc deformia motus  
 impedimenta, impote natura, non simul  
 & semel prodeunt, sed pedetentim ac-  
 crescunt; Ubi semel jacta est calciformis  
 materiæ basis, iterato humoris, vel in  
 semet concrecentis, vel ossa corrodentis,  
 affluxu augetur, ut tandem non modo artu-  
 um motum vitiet illosque incurvet, ve-  
 rum etiam nimis extumefactæ cutis repa-  
 gula, ut illa hanc findat, hæc illam fundat:  
 Damnosa verò Empiricorum prævaricatio  
 & cæca medela uno actu & ictu articulos  
 motu (f) in perpetuum aliquando orbat;  
 uti à me aliisque pluries observatum est,  
 dum solamen mentientia pharmaca adhi-  
 bent: Sed facilis est prudenti Practico  
 præcautio, ut in curatione, quam jam occi-  
 pimus, docebitur.

(r) Tales vi-  
 res Artemi-  
 siæ adscribit  
 Galen. de  
 simpl. medic.  
 facult. lib. 6.

(f) Ut de  
 Johanne Har-  
 lemensi se-  
 cundo pede-  
 stris cohortis  
 Præfeto, re-  
 fert Rever. D.  
 Bushovius,  
 P. M.





## Pars III.

## Therapeutica.

**A**ntequam ad Ægrum ingrediaris, hoc cognitum habeas, pleraque non ratiocinatione, sed auxilio rerum opus habere; ubi eventum ex experientia discernere oportet; hoc enim gloriosum est, inquit (r) dolorum curator (s) Hippocrates: Qui tanto (w) molimine non egeret, artem Medicam existere docturus, si nostro revivisceret ævo; in quo quot garrulas anus, quotve morosos senes, tot Medicinæ declamatores Asclepiadæum cantare melos, certumque professa fide solamen promittere; Et si in fora veniret, ingentem Impostorum offenderet gregem, (x) perniciosam hominum faciem, qui ruditate & incitia sua imponentes, & in

(r) Sic Hippocratem Pætus vocat ad Artaxerxem Regem ita scribens; Hic est sanitatis pater, hic servator, hic dolorum curator; in summa, hic divinæ scientiæ princeps est. Hippocr. in epist. p. m. 898. (s) Libr. de decentiornatu, §. 1. (w) Uti patet lib. de arte & de veter. medicin. (x) Inhumanos Carnifices nuncupat Hildan. cent. 5. observ. 37. De Empirico referens, qui de panacea & cito certoque Arthritidis remedio gloriabundus non unum miserimè necaverat ægrum.

(*γ*) Hippocr.  
de lege §. 1.  
(*z*) Vide su-  
pra.  
(*a*) Celsum  
respice libr.  
8. cap. 4.

(*β*) Hippocr.  
de lege §. 3.

(*c*) Videatur  
Fernel. de  
lue venerea  
cap. 6. ubi  
de curatione  
per hydrargy-  
rum; qui sa-  
ne meretur  
legi, non  
tamen coacto  
assensu, sed  
prævio exa-  
mine ab ipsa  
experientia  
desumpto.  
Inunctionis  
hujus refuta-  
tionem simul & patrocinium vide apud Hildanum cent. 4. observ. 82.  
& seq. (*d*) Ibid. (*e*) Vide Jonstoni ideam univ. medic. pract.  
libr. 6. cap. de Arthritide; aliosque.

circulis civitatum verfantes, vanissimo verborum strepitu panaceæ miracula jactant; His verò mendacibus & inanibus Medicastris præstaret tacere, quam in detrimentum proximi nociva remedium crepitacula credulis obtrudere; quibus (*γ*) nulla poena in rebus publicis statuta est, uti præter Plinium in sua Lege conqueritur (*z*) divinæ scientiæ Princeps, præter ignominia; verum cum (*a*) nihil honoris vel ingenuitatis habeant, nihil quoque ipsis detrahi potest.

Patet id in Arthritidis cura, quam innumeris antidotorum arcanis, (*β*) malo thesauro & infelicibus opibus, peregrisse contendunt multi, dum sæpe plus, quam ipse morbus, nocent. Sunt qui (*c*) perunctionem cum hydrargyro (ut ex multis unum tantum exemplum producam) durum medicationis genus, acerbo cum discrimine, & ut plurimum recidiva ægri, adhibent; quibus ad solem cæcutientibus longum vale præfatus cum (*d*) Fernelio, genuinos medicinæ alumnos appello, qui dum secum habitant, curationem articularis morbi (*e*) difficillimam confitentur; tum ratione ipsius morbi, ob diætæ, &c. errores, tum ratione paroxyfmi, & quod Arthritidis fuscitator flatus (humores inqui-

unt

unt authores) intimis membranarum cancellis incarceratus propter partium densitatem & frigiditatem haud facile discutitur: Hunc pertinacem & rebellem morborum principem nuncupant, qui sævi instar tyranni afflictorum lamentationes respuit, remediorum supplicationes vilipendit, & Medicorum tentamina flocci facit, cum & his ipsis funestum sæpius indicat bellum, (f) Bacchi Venerisque filia, (g) inimica pauperum, Regum potius turres, somno vinoque sepultas, quam egenorum casus, in quibus parca & labore conficienda vita corporis necessitates deducit, invadens.

(f) Sic podagram vocant Poëtae, Uno namque modo Vina Venusque nocent. Vini enim cum in-

ternum tum externum usum Arthriticis damnosum dicit Hildan. cent. 6. observ. 32. Quod tamen cum distinctione assumendum; ubi enim intemperies calida Arthritidem comitatur, nocet calidum, ubi frigida frigidiusculum vinum: In calidam enim & frigidam distinguunt authores Arthritidem; ego illa ejus symptomata cenfeo. (g) Μισοπαυχων dixit Arthritidem Homerus.

(b) Illum circumfusus honos & albis famajugalibus sequeretur, illeque multo pretiosus auro foret, qui dirum potentum imprimis carnificem tollere posset Arthritidem; dum, veluti vultures apud inferos Tityi discerpunt jecur, gravissimis tormentis artus cruciat hic irrisor Artis & Medicorum opprobrium morbus; cui hactenus nullam tutam (mirandum, an deplorandum magis?) medelam invenit Europæα ἰατρεία. "Εἰ δὲ (i) ἴστω ἢ αὐτὸ τέχνης ἀλλ' ἀπεργίας ἔργον ἐστὶ. Artificum ille

(b) Sarbiëvius in lyricis.

(i) Hippocr. libr. de arte 6. 7.

(k) Ut ferretur Fernelius de Arthritide loco crebro citato.

(l) Quæ si recta sint, reprehensio illa magis proditio naturæ, nempe calumniatricis, aut ignorantia artis est: inquit Hippocr. de arte §. 1.

(m) Ibid. §. 16.

(n) Ibid. §. 17.

(o) Ibid. §. 15.

defectus est, qui de mutuis controversiis magis solliciti, quique in veram proximamque articularis morbi causam vel negligenter vel prævaricanter inquisiverunt; Ex cujus ignoratione (k) ille hætenus pro immedicabili derelictus est: Ast facile est, (l) aliorum opera reprehendere, emendare difficile. Sed cum (m) morbi multi sint qui non in manifesto loco hærent, & ad interna vertuntur, uti qui (n) ad ossa conversi sunt: Atque (o) horum quidem omnium infallibiles medelas esse oportet, non ob id, quod faciles sint, sed quod certo invento consent. Verum, proh dolor! quantis distant ab hoc Hippocratis instituto Practicorum filii, qui (salva eorum auctoramenti & fidelitatis laude) fortuna potius quam arte Arthritidem curarunt, curarunt saltem aliquando; Quocirca etiam pluri mi non minimarum gentium scriptores, in suis de universa Medicina monumentis, Arthritidem ob medelæ gravamina præterierunt; Sunt etiam, quos humanitatis miseret, quod post tot annorum series nullum hucusque medicamen certum contra Arthritidem repertum sit; Quosdam quoque major de hoc morbo ejusque essentia admiratio, quam sollicitudo, tenuit, animo despondentes in eo, quod præstantes quique & experti hunc morbum bene dignovisse, nedum curasse, nequiverint; Unde multi miseri ægri quasi desperabunda valetudine succumbentes, medentium opem

Opem aspernati sunt, creberrime comperti, Omnis generis etiam medicamina frustra adhibita malum saepe exasperare & depravare potius quam corrigere, multo minus auferre: Hinc, (p) qui alios vincere fuetus erat Magnus ille Carolus, à morbo tamen hoc saepenumero victus, in his familia (q) lamenta erupit;

Optima sunt Podagræ pharmaca, flere, pati. Atque non solos Medicos, ut Hebraeorum Rex (r) Asa solebat, sed Dominum querere. Ergone (s) incurabilem dicemus Arthritidem morbum? Hactenus, inquam, securum medicamen praestolatur Europæus orbis; cum irradiati mali folia saepius decerpi, radicem rarissime evelli, viderit: Externa illa levaminis blandimenta momentanea plerumque sunt, difficulter fidentia. Num (t) duro nodo durus adhibendus est cuneus? (u) Quæcunque non sanant medicamenta, ea ferrum sanat; quæ ferrum non sanat, ea Ignis sanat; quæ Ignis non sanat, incurabilia putare oportet: Ergone cum Democrate apud (w) Galenum effabimur? Unus est omnium curæ modus, computare Igne.

is Doctor? (r) Juxta illud Hippocratis; Ad extremos morbos exactè extremæ curationes optimæ sunt. Aphor. 6. Sect. 1. (s) Aphor. 6. Sect. 8. (w) Lib. 2. de antidot. cap. 6.

Hac igitur opportunitate prima causticorum discrimina levi pede percurram. Ignis à multis retro seculis apud Medicinæ proceres in actualem & potentialem dispar-

(p) Uri Thuanus lib. 21. Histor. de ipso scribit.

(q) Quæ Sennerius alicubi refert.

(r) Et languit Asa in anno nono & trigesimo regni sui pedibus, utque valde languit, & In languore suo non quæsiit Dominum, sed Medicos. 2 Chronic. 16. 12.

(s) Qui Arthritidis scaturiginem demit, demit unà vitæ: ait Cardanus: Verum, qui sic, subtilita-

partitus est ; hic iterum in rubificantem & vesicantem ; Rubificans porro ( Veteribus valde usitatus ) juxta subjecti sui pabulive differentiam subdivisus est ; ita qui præcipuum ingrediens picem habet, picatio sive dropax ; & qui ex sinapi semine præfertim conflatur, sinapismus vel phoenigmus, appellatur. Tanti apud antiquos momenti erat, genuinam indolem, differentiam & operationem ignis novisse ; quoniam in desperatis affectibus ignis & extremum sæpe asylum est ; quis igitur omnem non navabit operam, ut veram hujus remediî naturam intelligat ? Hanc subtili philosophemate enucleasse extra scopum nostrum est ; quomodo scilicet minimæ flammæ particulæ intestina lucta motum, tenaci & expansiva pabuli illius ( olei nempe ) extensione pelluciditatem lumenque, & vehementi secretarum & colluctantium particularum ( cum scilicet illarum aculeos mutua confrictione exacerunt ) pressione penetrantem æstum excitant, qua in acie repugnantes illas particulas suis coloribus ( sicut militum turmæ suis vexillis ) proprietatum suarum signis, perspicax rerum naturalium indagator utili & jucundo spectaculo discernit : Sed ne extra metam, illa recolligam, quæ (x) alibi latius deduxi, primarias corporis humani partes, quæ in variis affectionibus inuruntur, tum materiæ causticæ differentiam, examinabo.

(x) In meditat. meis in text. Hippocr. de vet. medic. §. 24.

A

A capite igitur principium; hoc contentum cerebrum, ut ex (γ) Hippocrate sæpius jam citavi, sedes & metropolis frigidi & glutinosi est; hoc denuo præ omnibus congruam flatibus causam constituit, qui non solum caput, sed & ex capite singulas universi corporis partes, tanquam hostiles copię, invadunt; quippe in capite occlusi dolorem, vertiginem, oculorum obfuscationem, lethargum, paralyſin, aliaque innumera mala, seminant; extra caput profilientes hi flatus in oculos, nares auresque sæviunt, rheumatumque aut catarrhorum syndromen effundunt; quorum præambulones, duces atque comites sunt hi flatus; qui porro dentes discruciant, gingivas tumefaciunt, guttur atque præcordia rauca crudaque reddunt; pectus ipsum obsidentes tussim, phthisin, & asthma, aliaque medii ventris vitia, progenerant; artus denique acerbo & pertinaciter mordicante dolore divexant: Verbo, nulla etiam universi corporis pars à ferocientium flatuum impetu immunis est; quinimo duri pectoris sit oportet quicumque ab effræni hoc sanitatis hoste non feritur; quare hi victores maximi in hac acie censeſendi sunt, qui malignum hunc hospitem in cunis suffocare noverint.

Arabes, qui efficaci Chirurgia ægris majus emolumentum, quam jucunditatem commodumve adferebant, hos perverſæ indolis flatus in suis natalitiis confodere, secare atque comburere contenderunt; frontem

(γ) Libr. de  
princip. 6. 4.



tem enim atque occiput, necnon tempora & pone aures locum profundis sulcis aperiebant, ut male feriatum illum flatum, morborum omnium fatorem, in exitu præpedirent; cujus varia apud Albucasin, Mesuën, Paulum, aliosque videre licet; quorum quædam exempla in operationibus Chirurgicis recenset H. F. ab Aquapendente, atque hanc severam manuum artem hodie etiamnum apud Arabes Ægyptiosque in usu esse, testatur Prosper Alpinus. Conspexi & ego multos Africæ Incolas nigritas, qui non adeo ut ornatum concilient (quanquam & pulchritudinem quandam in hoc ponant) quam ut hos flatu nocivos, eorumque mala femina à partibus subjacentibus removeant, nunquam de capitis dolore aliove incommodo queruli. Quid igitur de temporalis musculi vulnere dicendum? de quo omnes fere post Hippocratem medicinæ alumni solliciti fuere, atque in cranii fracturis, fissuris atque contrasissuris accuratè observant Chirurgiæ periti.

Sed ut sermonem corripiam in viam; hos pravi generis flatu inustionis medio (id enim propositum nostrum est) eradicemus: Itali (quos inter excelluit nuper M. A. Severinus) Arabes (quorum primipilus Albucasis est) in hoc sequuti, fonticulum coronali futuræ inurunt, ut supervacuos cerebri humores (ut illi volunt) exantlent; vel (uti ego suspicor) præsertim ut maleficos illos flatu eliciant:

Hujus

Hujus operationis methodum accurata prolixitate descripsit (z) H. F. ab Aquapendente, succinctè illius epitomator (a) Joh. van Horne; requisita autem instrumenta delineavit (b) Scultetus, ubi Aquapendentis fistulam, ferri candentis excipulum, quo vicinæ partes, dum aliæ uruntur, defendantur; atque inustoriam Julii Casferii Placentini capsulam, addit: Integram methodum cum singulis circumstantiis descripsit (c) author idem. Inurunt etiam infantum occipitia, ubi epilepsiæ, paralyseos, vel lethargi quædam signa in illis deprehendunt, vel ubi talia mala metunt; prout apud eundem (d) H. F. ab Aquapendente docetur; instrumenta hic necessaria depinxit (e) Scultetus; administrationis modos explicavit (f) idem: Ita refert (g) consultiss. Tulpius; Infantem in cunis vagientem ac acerbissimis epilepsiæ insultibus adfectum convaluisse per inustum nuchæ (in qua setones, ut Chirurgorum vulgus vocat, fonticulosve prefert inuri vel secari Hildanus) ulcusculum. Glandula lacrymalis inuritur, ubi caries ossis sub ea delitescit: Aurium lobi inuruntur, non ut protervo fastu inures suspendantur, sed ut serosa colluvies, in qua maligni illi flatus hospitantur, extricetur: Narium polypus inuritur, uti apud H. F. ab Aquapendente, Severinum, Scultetum, & sigillatim apud egregium illum Germanicæ Chirurgum (h) Marthæum Glandopium videre datur: Patridi &

(z) 1. Cap. operat. Chirurg.

(a) In sua microtechnæ Sect. 2. part. 2.

(b) In armament. Chirurg. tab. 1.

(c) In explication: tab. 27.

(d) Operat. Chirurg. cap. 6.

(e) Armament. Chirurg. tab. 7.

(f) Tab. 32.

(g) Lib. 1. observ. 56.

(h) In suo 8<sup>o</sup> zophylacio.

& carie exesi dentes inuruntur, ut ulterio-  
 or putredo & corrosio arceatur: Stoma-  
 chum, hepar atque lienem inurebant Ara-  
 abes, vel ut frigidam earum intemperie-  
 m emendarent, vel ut occultum pus ex-  
 pellerent, vel illorum viscerum durities  
 scirrhosve discuterent: Os cariosum inuri-  
 tur, ut corrosiva ejus putrilago tollatur,  
 putrefactum separetur, & noxius humor  
 exsicceetur: Pestilens carbo inuritur, ut  
 illius venenum eradiceetur simulque consu-  
 matur. Memorat in suis epistolis Joh.  
 Langius, Germanos milites, dum castra  
 sequentes & Chirurgorum opera destituti,  
 pestifero anthrace corripuntur, infectam  
 manu allevare cutem, hinc candente ferra-  
 mento perfodere, & adusto loco radicem  
 hellebori nigri infigere, ut virus demant:  
 Severum sane, sed & efficax ac salutare  
 remedium! Pars vel virulento morfu vel  
 ictu læsa inuritur: Ingens hæmorrhagia post  
 membri alicujus extirpationem nonnun-  
 quam inuritur, ut sanguis fistatur, escæra  
 promoveatur, & pars sana corroboretur:  
 In paneritio, varicibus & hæmorrhoidi-  
 bus ultimum sæpe refugium inustio est:  
 Tandem inuruntur artus (ad hunc ex pro-  
 fesso collimo scopum) ut delitescens ve-  
 hementisque dolor tollatur, vel ut articulo-  
 rum ille tortor, damnosus ille flatus, qui  
 humores exacerbât & irritat, fugetur, at-  
 que (uti adjungit Hippocrates) ut tumor  
 evanescat, vel ut imbecillum dearticulatum-  
 ve membrum restauretur. Qui in hac in-  
 urendi

urendi arte cupit erudiri, Arabum de Chirurgia codices, ut & monumenta Hippocratis ac Celsi, & ex modernis H. F. ab Aquapendente, ac M. A. Severini de efficaci Chirurgia (in qua speciatim etiam de hac Chirurgica pyrotechnia ejusque partibus entopyria & exopyria, tractat) scripta evolvat: Qui necessaria hujus artis instrumenta desiderat, plurima, cum veterum tum recentiorum, apud præfatum Scultetum in armamentario inveniet.

Enimvero non minus dolorifica operatio hæc, quam illius apparatus ægris formidabilis, existit. Non equidem diffiteor, sæpe perquam necessarium esse, candens arripere ferrum, atque absque metu, absque ullo ex patientis vagitibus affectu, idem adhibere; putem tamen, haud infrequenter crudelem hujus remedii abusum esse, quando mitiori medicina cura potest perfici: Veterum saltem aliqui petulanti sæpe sævicia hoc medicaminis genere fuisse usi, vel ex duriore sua indole vel ex blandiorum medicorum defectu, vel ex ægrorum robore: Verum postquam alma Hygieia cum tempore accrementum majus & quandam quasi perfectionem nacta fuit, plurima ex his crudelitatis adminiculis fuere abolita, usquedum temporum decursu cuti magis indulgere homines, & (2) ut Hippocrates) multa arte excogitata edulia adinvenere, delicata sensuum teneritudine majores suos præcellentes pyrotechnica remedia ex Chirurgica arte pro-

(2) Libr. de  
ver. medic.  
§. 17.

scrip-

scripserunt. Si verò nostra tempora respiciamus, experiemur, peritum Artistam crebro negligi, imo contemni (uti Quirites Archagatum, quem primum ut prælustrem Medicum venerabantur, civitate ac ædibus donabant, postea ob sectionem & ustionem sæpius iteratam, impensè vituperabantur) quia, tametsi necessitas id summopere expostulet, corporis vitia igne aliquando domare conatur. Ita hodie multi valetudinaria sua membra in molli lecto corrupta malunt, quam ut salutaribus remediis eorum curatio procuretur; quia scilicet brevi tempore dolorem sustinere tenerentur, quo alias ad miserum sepe exitium discruciantur. Enimverò segnis illa philautia & panicus terror inconsulta potius crudelitas est; sicut jure quis possit ambigere, num hodie plura & graviora mala præpostera inustionis negligentia infestent, quam olim luxuriante ejusdem abusu incruduerunt. Cujus rei momentum perpendens M. A. Severinus pyrotechnicam hanc in Chirurgia artem (quæ apud Italos adhuc quodammodo in usu erat) veluti ex orco revocavit, atque illius artis utilitatem examinans docta experientia ad miraculum usque exercuit; ac aliquid hujus ævi deliciis concedens non in folis candentibus ferramentis hæsit, sed ad exemplar Veterum Græcorum (quorum protomedicus Hippocrates fuit) & imprimis Arabum (quorum princeps Chirurgus Albucasis extitit) Ægyptiorumque materiae causticæ

fticæ differentiam præ aliis fedulo investigavit.

Metalla, quæ, dum candent, angustis minimarum particularum, ex quibus componuntur, cancellis ignem diutiffimè recondunt, omne id, quod atrectant, devorant atque consumunt, humores incendunt, quos, dum acrimonia peccant, plerumque magis exacerbant, partim penetrante suo æstu, partim vitriolicarum partium (quæ acrium humorum arrosione se produunt) perforandi vi; quam ob causam aliqui ex argento aurove instrumenta caustica excogitarunt; quoniam particulæ in rectificatoribus & subtiliorum elementorum metallis hisce arctius compactæ sunt, quæ ideoque falfas & acres ignis particulas difficilius & quidem operandi energia relicta admittunt; quanquam & hæ vicinas partes inflammant (quamobrem Chirurgiæ gnari defensiva media quæfivere perpetim) singulas universi corporis partes ad mutuum consensum excitant & proritant, ita ut Natura, affecto loco opitulari fatagens, malignos æque ac benignos humores eo ablegat atque demittit, qui adeoque copiosa sua alluvie & acrimonia nocent. Taceo etiamnum cujuslibet ægri præ ignitis ferramentis, dum in conspectum, nedum in usum, veniunt, formidinem: De hoc crudeli & acerbo remedii genere proverbio dixere veteres; Mala medicina est, quæ de sano aliquid demit; Hæc omnia (& si quæ sunt alia) rationum momenta

G

in-

(k) Libr. 3.  
cbf rv. 26.

inustionis utilitatem & necessitatem non tollunt. Notabilem historiam habet Ampliff. (k) Tulpius de Legato quodam in acerbissimum coxæ dolorem collapsio, qui nihil non molitus, quo evaderet hunc cruciatum; sed remediis parum aut nihil proficientibus, neque ulla affulgente sanitate spe, decrevit, vehementi morbo succurre remedio aque vehementi, & mature devenire ad ferramenta candentia, ceu ultimum in inveterato morbo refugium; fecit itaque Chirurgo copiam adurendi ad ipsum usque os; contendens, hac ratione (quod bene observandum) elicere materiam *delitescentem sub membrana ossi circumducta*; cui operi operam satis rigide dabat Chirurgus, non cursim sed lenta manu, femori candens ferramentum identidem imponens. Sed hæc inusitata crudelitas quos non perterret? Quapropter aliqui actualis hujus ignis sævitiam aspernati, artificiali quodam caustico remedii hujus vehementiam mitigare voluerunt, quod post rubificationem, vesicas & nonnunquam ulcera efficit; quem in finem variam materiam adinvenerunt; ut nasturtium, sinapi, radicem enulæ, bryoniæ, lepidium, sterco columbinum, caprillum, unde *diacoreticiæ*, singula aceto pista; adhuc scillam, tunicas allii & nuclei, pulegium, ranunculum, thapsiam, tichymalum, euphorbium, facem ustam, acia metalla, lac ficulneum, quod ante maturitatem pomi excipitur, & in umbra siccat, vulnera aperit,

&

& cum axungia exterit verrucas. Quin præter hæc omnia cantharides quibusdam in communi usu sunt; de quibus miranda crepant in vetustis vitis, atque experientia sæpe probantur; quanquam haud infrequenter magistros suos arcano deludunt toxico, quod lotii spermatisque organa incendit & irritat, cæterosque humores exagitat atque acuit; ubi ignis noxios humores consumit, partesque ipsas corroborat, & si de nostra materia caustica loquamur, ipsos animales spiritus sua fragrantia reficit. Qui malignitatis cantharidum exemplum novisse cupit, legat inter alios (l) Jacobum Hollerium, ubi secus ex professo cantharidum usum in multis inveteratis & contumacibus malis maximopere commendat, sed addit, iis admotis vesicæ configuntur, humor exprimitur, relinquitur ulcus; verum maturius detrahendæ, quam existant bullæ, si tantum vita calorque refovetur, quia sic exhauriant, quod ad redintegrationem partis attractum sit. Hildanus cantharidibus hoc tribuit encomium, illas videlicet nativum calorem, præsertim in senibus, extinguere; adeo ut prudenter applicari debeant, prout id (m) exemplo hydropicæ docet, quæ cantharidum adhibitione cum copioso aquæ effluvio multum nativi caloris, & paulo post, ipsam vitam perdidit. Similia plurima in cantharidum vituperium ab aliis quoque authoribus recensentur: Non idcirco circumspectum earum usum reprobo, utpote qui

G 2

illas

(l) Infirm. 3.  
Chirurg. lib.  
3. cap. 5.

(m) Centur.  
1. observ. 49.



(\*) De com-  
pos. medic.

(o) Pyrotechn.  
Chirurg.  
procem.

illas & mihi & aliis laudabili effectu  
sæpe præscripti; sed respectu nostri inusti-  
onis mediæ, certioris & præstantioris effica-  
ciæ. Cantharides dubii & noxii eventus sæ-  
pe reprehenduntur, non autem canthari-  
des solum, sed etiam generatim omnis  
potentialis ignis, quippe hic, teste (\*) Ga-  
leno, putrefaciendo agit; atque uti Pe-  
trus Apponensis; Corruptionem & necro-  
sin infert gravem, penetrans magis lædit  
principatus membrorum, quam actuale,  
maxime cum fuerit his propinquè appli-  
citur. Emphatico ratiocinio hæc vivè  
& verè prosequitur (o) M. A. Severinus;  
Potentialis ignis fractus contrariorum op-  
pugnaculo atque obrutus, eorum miscella  
torpet, ac nisi calor partium natus  
excitet, erigat atque irriter, perpetuo sopi-  
tus & deses manet; ubi vero revocatus  
est, quasi à perpetuis & semper novis  
compedibus atque offensamentis seipsum  
extricans & expediens vires suas tandem  
exerit omnes & longum effectum promit;  
specie sua innocens atque iners, quantum  
lentitudinis indulgentia sub accessu primo  
probatur, tantundem extremo furoris &  
malignitatis exitu fallit & membri cruci-  
atibus & cordis angoribus & humorum  
attractionibus ac defluxionibus, vitii labo-  
rumque accessibus, ac periculis etiam vitæ;  
sic sua utitur pravitate potentialis ignis,  
& adhibentis imperio non obsequitur, &  
vitium deterius statu priore reddit; ex-  
emplo sint venenati morsus, in quibus po-  
tentiale

tentiale causticum fovet virus & amplificat, ut flamma oleo pascitur, actuale extinguit; quippe hoc terminos usque loci non prætergreditur, & adjumenti quæsitam opem adfert, simplex & omnis malæ qualitatis expers, atque si venenatum quippiam offenderit, hoc sive contactu, sive afflatu dissipat citius multò, quam sol subjectam sibi nebulam dispellit. Ast si à candente ferro petendum est auxilium, à plerisque ejusdem utilitas ob operationis crudelitatem & terrificum apparatus rejicitur. Quocirca in hoc omne hujus rei momentum consistit, ut aptior inurendi quæretur & inveniatur caustica materies, quæ minori cum dolore, quam candens ferrum, & majori cum securitate, quam cantharides, vel rubificantia, vel vesicantia remedia, aliave potentialia cauteria, unum idemque, imo ut plurimum plus, præstant: Atque hoc est in quod tamdudum sedulo inquisivere H. F. ab Aquapendente, & M. A. Severinus, duo Italicæ Chirurgiæ lumina.

Publico profuerit peregrinatio mea, si pertinaci morbo, diro humanitatis malo, tutum offenderim antidoton: Dum itaque apud Jacatrenses Batavos degebam, Ampliff. Orientalium Indiarum Societati inserviens Medicus, frugi fuit honesta cum viro pio Rev. D. Hermanno Bushovio, ibidem V. D. M. (qui magnum sui desiderium probis omnibus post fata reliquit) conversatio, qui de sua proximique, non modo animæ (quod propriè munus ipsi

G 3

erat)

erat) sed & corporis, salute sollicitus, post varios & acerbos aegritudinis casus & multa tentamina in verum anti-arthriticum dudum inquiverat & sedulo, tandemque invenit, quod mihi libens communicavit ultro, cogitationes contulit & exposulavit cenuram: Ego R. viri humanitati gratus, miratus paradoxiam, institutum, ambigua tamen mente, laudabam, medicandi genus, tantisper cruentum, seponebam, probabam emolumentum: Institit ille, & mea sensa amicus ultra extorsit, quocirca calamum arripui invitus, & dum itineri in Japoniam me accingerem, objectiones quasdam, praefationi subnexas, stringenti aliquantulum calamo compegi, quibus vir gravis gavisus potius quam gravatus largius respondere praeter lethifera debilitate imposuit, respondit tamen, sed compendiosè.

(o) Quod Japonenses magna ex inustione stigmata ac cicatrices gerant, hæ præsertim sunt rationes, 1.

Quia plurimas stupas artemisiales, etiam grandiores, uni loco imponant, idque sæpius, repetitis vicibus: Quippe in locorum electione quadatenus superstitiosi sunt; quod non semper probò. 2. Quod post inustionem emplastra & pingua plagis adhibeant; unde caro in ulcusculis luxuriat, quæ cum tempore callosam duritiem acquirit. (p) appositè Hippocr. lib. de aer. aq. & loc. §. 47. de Schyris refert; Reperias, inquit, exustos humores ac brachia habentes, manuumque juncturas, pectora, coxas & lumbos; nullam sane aliam ob causam, nisi ob humoris & mollitiei naturæ detractionem; addiderim ego, flatuumque noxiorum è corpore dissipationem.

accuratius

accuratius examinabam, quæ veritati consona retinebam, quædam etiam ab ipso mutuatus, quæ dissona rejiciebam, atque observata in unum cogebam fasciculum. Longum foret, singula observationum momenta congestisse; quare generatim tantum & obiter de Arthritidis cura, Sinis ac Japonibus usuaria, agam, reliquam medendi methodum suis relinquens authoribus & defensoribus: Namque integram curationis, quam vulgò docent, normam & remediorum genera, cum quorundam arcana, tum scholasticorum cognita, utpote satis prolixè à tot medicæ praxeos scriptoribus tradita (ne totiens coctam recoctamque cramben delicatioribus obtrudam) prætereo.

Sed in antecessum solvendus est, quem multi ignara aversione fabrefecere, nodus, experimentorum fide (uti in multis diffiteri nequeo) firmatus; quod nempe hoc inustionis artificium in regionibus cum calidis tum frigidis pluribus nocuerit quam profuerit; in calidis, cum illic intensior ambientis aëris æstus animales spiritus hiantibus cutis poris eliminat, nativum calorem minuat (neque enim ita longævi sub æstuoso quam gelido victitant mortales coelo) viscera connata facultate priver, adeoque stomachi fermentationem, aliaque vel digestionum vel effervescentiarum ebullitionumve genera in corpore nostro pervertat & infringat, unde flatus facile copia peccant & robore; quæ omnia vitiata

G +

Naturæ

Naturæ munia crebro *Moxæ* comburio, virium naturalium spirituumque animalium depopulatore ac prædone, in deterius ruunt, humores exacuunt, flatus generant, hinc morbos excitant varios: Fa-teor equidem sub flagrantiore sole circumspectius, nec ita frequenter, adhibendam esse hanc inustionem, quam quidem sub algidiore æthere; sed maximum vitium, quod quandoque damnum comitatur, ab inurendorum locorum ignorantia & imperitia procedit artificum; quoniam prævaricationes illæ non ipsi arti imputandæ sunt. Præterea non minor experimentorum (quæ in dictis terræ tractibus contrarium, inustionis videlicet hujus utilitatem, edocent) copia datur, major autem, in frigidioribus & Septentrionalibus locis, ubi gelu etiam ad ipsa ossa penetrat, tantoque facilius imbecillia ac porosa corpora infestat; ut non sit mirum, leve hoc artemisiæ incendium omne vitium radicatum semper evincere non posse: Qui autem hic de inustionis commodis ambigit, Japones visat Sinasque, qui (imprimis priores) in quovis sexu, ætate, morbo, anni tempore, regionis situ, summo cum emolumento corpora inurunt; infelices sane, si hoc medicandi genere destituti viverent, jam vero hac arte beati, dolorem pene omnem eludunt, saltem floccifaciunt; quia hoc exiguo remedio haud ægrè pellunt. Sed ad propositum.

Pro-

Provida & de humani generis conser-  
vatione sollicita Natura, in singulis orbis par-  
tibus *autáque* esse videtur; adeo ut bar-  
baræ gentes debito remediorum apparatu  
non magis destituantur, quam qui longa arte,  
difficili judicio, ac periculosa experientia,  
infinita morborum auxilia excogitarunt;  
quibus Medici aliquando magis obruun-  
tur, quam erudiuntur, ægrique premun-  
tur, quam levantur: Hujus dicti fidem  
in diversis equidem, quas frequentavi,  
Nationibus expertus sum: Quid enim de  
Hitlandia effemur? ubi coeli rigiditas &  
soli asperitas, duræque & longæ hyemes  
nullam sinunt arborem & egenos admo-  
dum plantarum foetus, parca medicamina,  
suppeditat; illic benigna natura panaceam  
ex Erica incolis monstravit, qua hæc  
Insularum pauperies undique locupletatur;  
ex hujus foliaceis florulentisque capitulis  
unguenta aliaque ad plerosque morbos  
medicamenta faciunt: Attamen plus quam in  
aliis in Japonum gente, quæ à tribus imprimis  
sanitatis hostibus, moribus nempe  
suis, luxurie & otio, oppugnatur; Debili-  
tans autem, quam patiuntur à moribus,  
noxa primo quidem in vestimentis, præ-  
fertim autem capitis tegumentis, confi-  
stit; Hi enim legali consuetudine infantium  
comam omnem plerumque plane de-  
radunt, quam adolescentes longiorem  
densioremque gestant, apprime tamen ad  
ipsum usque pericranium, super corona-  
riam futuram (ubi cum sagittali commit-  
titur,

titur, ac cranium maxime hiat) de-  
 ronsa calvaria; ubi vero virilem in-  
 gressi fuerint aetatem, totum capitis ver-  
 ticem ad aures usque in orbem abradunt  
 penitus, glabrumque servant, atque mun-  
 dum urbanitatis ornatum judicant, (quod  
 vigenariis minores solent, provectiores  
 rarissime negligunt) derasa incedere cal-  
 varia, in quem cerebri clypeum omnia aë-  
 ris, cum hyberni tum aëstivi, injuriantia  
 tela ejaculantur: Senes autem facti, natu-  
 rae debilitati (cum brumalia intente urunt  
 frigora) capillitio tenui ex serico subve-  
 niunt aliqui.

Eorum porro decrepiti aetate viri, qui  
 solitariam vitam communi gentis more  
 agunt, vel monachi (quorum immensa  
 hic est copia) vel qui Medicorum nomi-  
 na profitentur, aliquique Magnatum mini-  
 stri, praesertim qui culinaribus vel cubicu-  
 laribus officiis inserviunt, & vetulae coeli-  
 bes viduaeque, nulla etiam vel sexus vel  
 aetatis habita ratione, caput omnino, vel  
 nullo crine relicto, ad cutem usque ip-  
 sam detondent; unde cerebrum, (q) se-  
 dem illam ac metropolim frigidi ac glu-  
 tinosi, algida humorum replent colluvie,  
 corrupti simul & corruptoris flatus nido,  
 cui omnium hic morborum author (ut  
 (r) Hippocrates hunc vocat, & Sinæ, eo-  
 rumque aëclæ Japones, sed imprimis ex-  
 perientiae infallibilitas docet) incubat,  
 (f) copiaque pariter peccans & robore  
 conspicuus fit, hominemque laedit, ac in-  
 feriores

(q) Hippocr.  
 de princ.

(r) De nar. s.  
 saepius citat.

(f) Ut loqui-  
 tur idem de  
 veter. Medic.  
 s. 24.

feriores artus multiplici ægritudinum cataclysmo inundat; dorsi namque spina (cui forte hic immorigerus se infinuat flatus) descendens infeitat nervos, quorum extremitates in fibras membranæque definiunt, atque ex his periosteum quoque (juxta Rev. D. Bushovii P. M. hypothefin, unicum & verum articularis doloris subjectum) constari haud perperam quis existimet; quod ubi malignus ille pupugit flatus, atroci articularum vexamine vellicatur: Sæpius etiam observavi vel necessitate coactos (cum v. g. vel magistratus suos compellare tenentur; hos enim nunquam irrali adeunt; vel festis diebus, quos non nisi profani longiore capillo celebrant) vel munditie ductos comam radere cum bruma sævit, ubi subitaneus sæpe sequebatur per universum corpus horror, febris, cephalalgia, aliaque mala. Præterea quoque nudis pedibus incedunt omnes, nisi vel caduca senecta vel gelida vetet hyems, pedes ad talos tantum tunc contegentibus. Luxuries denique (in qua plerique Japonum, imprimis potentes, summum suum bonum collocant) eos à primis adolescentiæ annis in seram usque senectam Venereis actibus nimio opere & foedissimè exercet, exhauritque vires & dissolvit artus, qui debilitati discredulantibus sic prostituuntur flatibus, quos imbecillis naturæ virtus, noxam repellere annexa, admittit, multis exinde dolorum insultibus subjecta. Sic igitur Japonum,



(r) Pestem quidem ignorant Japones; sed tamen variolæ, illic maximè contagiosæ, tam sæva & multijugi hominum strage has terras depopulantur, ut major etiam mortalium pars his hic aliquando succumbat, quam peste alibi: Atque idcirco præ labis istius metu, parentes liberos, mariti uxores, & quæcunque dulcia sint vel sanguinis vel thori pignora, relinquunt. Alibi narrabo, quas ridiculas nænas & exorcismorum terriculamenta fugandis variolis, sed magis opimandis crumenis, monachi hic adhibeant. Quinimo Japones (eundem Sinæ morem habent) liberis dotati, ubi interrogantur, quot soboles atant? regerent totidem quot variolis adhuc nondum ægotarint, reliquorum enim vitam in ancipiti locant, adeoque inter permanentes proles non numerant. (s) Idem de Schyris affirmat Hippocrates lib. de aër. aq. & loc. §. 47. Corpora ipsorum, inquit, validiora etiam propter desidiam perpetuam (cum & raro prodeant ut inambulent; quæ Japoniæ Magnatibus, qui sui conspectum aliis rarissime concedunt, solennis superbia est, plurimum temporis desident in curribus, Japonum ditiores in sedilibus, *Narimons* vocant, circuitferuntur, domi autem stramineas stercas super, mundissimam eorum supellestem procumbunt) fluida sunt ac lata: Muliebrum autem corporum (idem de Japonum feminis verè dici potest) formæ ad miraculum usque fluxæ existunt; Sunt etiam otiosa, ventresque earum frigidi & molles: Pleraque porro Japonum edulia piscibus aliisque viscosi & tenacis succi alimentis constant. His adjuuge coactam egenorum famem & miseram nuditatem, necnon, circa locupletem, Medicorum in praxi iarrica prævaricantem imperitiam, sic præcipuos morborum in Japonum gente auctores fautoresque lethi enumeraveris. Congruum autem Hippocrates addit remedium; Quum enim uruntur, humor ipse in juncturis exsolvitur (addiderim ego, exantantur unà noxiæ e corpore status) fiuntque corpora ipsorum validiora, melius nutriuntur, & magis redduntur articularum usu potentia.

vorum,

vorum, tendinum, ligamentorum, membranarumque genus infestant; sic epilepsia, apoplexia, paralyfis, morbus facer, & similia cerebri nervorumque vitia illis familiaria, nec minus gravia, sunt mala; verum nulla frequentiora quam <sup>(\*)</sup>Cæcitas & Arthritidis. Cæcitatem ut plurimum incurabilem censent, quamvis maxima ex parte à suffusionum labe ortam, quam si acu demere, uti Nostratium quidam, nossent, quam-

(\*) Apposite  
Justinus lib.  
21. Dionysius  
junior, Siculus  
Tyrannus, in

segni iam lapsus ex nimia luxurie, oculorum valetudinem contraxit, adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem, ferre ipsius loci posset. Tales copiose admodum in Japonia offendas, qui vel amicorum vel opum sollicitatione referatissima cæcis cœnobis adimplent, plurimi ab inclementi Viatore stipem petunt. Tota quippe Japonia cæcis abundat, prædictas scilicet ob causas, Venere vestitumque; Venere animales spiritus exhauriuntur, iisdemque orbantur visorii nervi: Multas etiam in Japonia ex catarrhorum defluxu suffusiones sanabiles sæpe reperias, quas si arte quadam deponere scirent, multis cæcis visum restituerent, vel etiam magno fortassis pretio id artificii ab extraneo redimerent: Ast indelebile illud in Christianos odium nemini Europæorum liberum aditum unquam concedet; ubi dum fortuna arti faveret (expertus loquor) infortunium demum nasceretur, sin minus, majus adhuc: Quinimo putem, illos malle miserrimè perire, quam Christianis hanc sui copiam facere. Oculorum porro noxæ augentur orizæ manducatione, quam sive ferventem, sive frigidiorum sumant Japonenses, non ita discernunt gulones. Videtur tamen Natura huic culpæ prospicere voluisse; quippe majus chelidonium (cujus vires nesciunt) copiosissime hic crescit: Huc spectant quæ de cæcitate Amboinensi refert Jacobus Bontius. Oculorum quoque vitia ex nimio vini Japonici (sacqui nuncupant) potu, qui ex oriza conficitur maximè, augeri existimo; cui malo antidoton Natura invenisse videtur, producendo ibidem copiosissime fruticem *Theæ*, quæ communissimam Japonum potionem suppeditat; illa autem vapores demit, &c. prout ex præfatio in mea descriptione fruticis *Theæ* docui.

plu-

plurimis cæcis visum redderent; Quamprimum autem cæcitatæ prodeunt indicia, illico, absque ulla recuperationis visus spe, solam agunt mœsti vitam, Venerem nihilominus, dummodo potentes, enormiter exercentes, atque ut malum in pejus (quæ duplex cæcitas est) adhuc vertant, caput totum novacula deradunt. Arthritidem, nisi valde inveteratam, cito & ex facili tollunt. Caeterum actualis ex metallicis vel phlebotomi usum ignorant, exceptis paucis, qui hæc à nostris Chirurgis addidicere; A seipsis tamen præfatis vitiis duplicem medendi viam, præeuntibus ipsos Sinis, adaptarunt, nempe (x) acuum puncturam & (y) inuisionem cum sua

(y) Cujus loco Veteres sectionem, huic postponendam, utpote magis cruentam, adhibere: uti apud Hippocratem passim videre est.

(x) Omne id quod Hippocr. de aere, aq. & loc. §. 47. de Nomadibus Schyris refert, congruè hic quadrat Japoniæ incolis, ubi ait, Ipsorum multos reperias extus humeros ac brachia habentes, manuumque juncturas, pectora, coxas & lumbos (quinimo vix ulla integri corporis pars est, quam non inuane Japones, ut doloris omnis, præsertim in articulis auctorem, illum flatum, expellant) nullam sane aliam ob causam nisi humoris (addam ego, flatuum) & mollitiei naturæ detractionem.

Moxa: Quibus si carerent, de illorum arte medicajam pene actum foret; insulsi etenim hi Doctores, quibus magister artis ingenique largitor venter est, nihil aliud fere de medela sciunt, quam quod à nostris tonsoribus, quibus in arte medendi sæpe curta supellex est, didicerunt, vel è Sinensium scriptis, quæ pauci illorum bene capiunt, hauserunt,

nulla prorsus ratione, nulla experientia, ducti. His universale menstruum est aqua, sive ex animali, sive vegetabili, sive etiam minerali regno, medicamina mutuen-

tur:

tur: Quinimo testor, me hæcenus nul-  
 lum alicujus momenti morbum inter illos  
 offendisse, quem Medicorum imperitia  
 non excitasset vel exacuisset, ægrosque  
 pluries misisset ad orcum, raro admodum  
 curæ successu: Idque non modo divites  
 spectat cives (egeni enim sine solamine  
 pereunt) sed & ipsos Imperii Primates  
 (expertus hoc testor) qui ex indelebili  
 in Christianismum odio dura præferunt  
 succumbere morte, quam nostrorum opera  
 congruenter uti; quamvis Nostratum, sit  
 licet ignari Medicastris, de morbis judicia  
 maximi faciant, auxilia difficulter admit-  
 tunt. Peculiari quippe Dei providentia fa-  
 ctum existimo, quod qui omnia hæc sapi-  
 enter condidit, singula certo etiam nume-  
 ro definiat; nam paucis, ut opinor, annis  
 hominum multitudine corrueret libero-  
 rum feracissima gens, nisi magnam divi-  
 tum, otio & luxu enervium, copiam  
 rolleret Medicorum præpostera cura, ip-  
 sis perniciosior morbis, & maximam in-  
 opum partem auferret fames, quæ præme-  
 ditata Primorum tyrannide subjectis ini-  
 quas, potentioribus nihilominus gratas,  
 dat strages, dum annonæ caritas in-  
 digno excidio urbes evaquat & agros.  
 Sed Japonum mores ac leges alibi ex-  
 professo enarrabo, si Deus permiserit  
 & dies.

Verum alma mater Natura calamita-  
 rum in hac gente miserta, multoque  
 populi concussa dolore, spargit salubris  
 (z) An-

(x) Quam artemisia speciem dicant insignes etiam botanologi. Vide Martiniol. in Dioscor.

(a) Qua occasione id acciderit, refert M. Martinus in sua historia Sinica, p. m. 237. (ubi paulo aliter rem hanc explicat) sub Imperatore Ching siue Xio, primo familiae Cize Monarcha, anno ante Christum natum 246. Sinenfium cycli (qui sexaginta annis describitur) 41. anno 52.

(x) Ambrosia succos & odoriferam panaceam, avidaque sui conservatrix communissimis morbis presentanea perquam abunde suppeditat remedia. Hoc *avrat-neias* donario non modo artibus scientiisque claram Europam, inclytamve Medicis Aegyptum (ut Homerus hanc vocat) verum etiam non minus quamlibet regionem in singulari, quam totum orbem (quousque habitabilis est, quinimo ubi rudibus & inconditis cultus est incolis) in universo locupletavit: Id in desertis Japonum terris, dum in prima sui populatione à quibusdam è Sina transfugis<sup>(a)</sup> (ut maxime probabile est) frequentabatur, palam fuit: Quippe enim haud frustra integram fere Japonia tellurem Artemisia industrio quasi labore (ubi tamen sponte, copiose admodum & luxuriose crescit) confitam videmus; hæc namque est unicum eorum in plerisque morbis asylum, hæc est pretiosissima in omni doloris tumorisque genere panacea: Cujus usus cuius Japonum innotescit, neque vel unus in vastissimo hoc imperio reperitur civis, qui eadem non utatur. Cæterum negligentes hortorum, rudiores botanosophia cultores, Japones sunt; plantarum etenim, quarum magna alicubi his locis indigentia est, progerminationem spontaneo naturæ ductui ac curæ committunt, neglectam eremi faciem nitido & artificioso hortorum comprui præferentes, quippe tellus, quæ quandam fertilitatem promittit,

mittit, vomere statim subigitur, vel ligone versatur ad orizæ frumentive lucrum; plantæ autem superflites ad viarum limbos conciduntur pro equorum boumve passu; alias ante orizæ plantationem in campos rejiciuntur, ut in finum putrescant. Plerique alii terrarum tractus vel steriles montes, vel incultæ sylvæ sunt: Quapropter primarium, quod medicinam attinet, refugium in artemisia quarunt & inveniunt; hæc ergo, quæ in agris & comitis provenit uberrime, nulla frequentior planta est Japonibus, qui eam *Jamongi* & *Nophonts*, atque cum exaruerit *Moxa* nuncupant. Hæc est illa (a) herbarum mater, (b) regia illa herba, (c) regiumque olus; quam veteres Parthenida, quia virginum morbis medetur, (d) valentinam Itali, (e) per se polentem non pauci, nominarunt; hæc est illa (f) gratiarum nuntia, quam, tanquam insigne (g) phylacterion, (h) Mausoli Cariæ Reguli uxor Artemisia suo nomine honestavit; (i) sunt qui ab Arthemide Lithya cognominatam putent; quia privatim medicatur sceminarum malis: Præstantes porro illi vires

*σινυδρ*, juxta Apul. ibid. (a) Idem. (b) Ibidem. (c) Quibusdam namque artemisia *γαστρικόν* audit; ut Dodon. empt. 1. lib. 2. cap. 12. ex Apuleio tradit. (d) Hoc quoque nomine insignitur quibusdam eadem hæc planta. ut Apul. (e) Uti Plinius histor. Natur. lib. 25. cap. 7. refert. (f) Ut Cornarius in Dioscoridem; Quippe aliqui (præter cognomen Artemisæ Reginæ, quæ antea Parthenis vocabatur) ab Artemide, hoc est, Diana, quæ Græcis *Αρτεμις* dicitur, cognominatam volunt, quod illa huius plantæ vires prima ostenderit: Et quemadmodum Dea illa parturientibus

(a) Quam tituli prærogativam artemisia concedunt rei herbariæ scriptores.

(b) Sic Romanis dicitur artemisia, teste Apuleio de virt. plant.

(c) Vocatur enim Græcis

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

*αδυνασ*

H

adesse

adesse solet, malis mulierum mederi: Omnes saltem in eo con-  
 cinunt aurores, artemisiam herbam specificum in affectibus *γυναι-  
 xois* medicamen; cui quidam addunt, nephritidi prodesse. Dabit  
 & alias Artemisiam vires Marthiol. in Dioscor. cujus quaedam verba  
 Gallico idiomate hic transcribam; *La farine des feuilles seches de  
 l' armoise, prise au poids de trois dragmes en vin, sert de medicin sou-  
 verain aux sciaticques. Apres cela, toute la plante a un odeur si plai-  
 sante, que mesme on l' en sert parmy les Tartres. Les superstitieux aussy  
 estiment, que qui portera de l' armoise par le chemin, ne se sentira pas  
 jamais las.*

(k) Videtur  
 Dioscor. Plin.  
 Apul. dictis  
 in locis.

(l) Quoniam  
 Ephesi pluri-  
 mi magica-  
 rum artium  
 professores  
 fuerunt: *ἡ  
 ἑπίεργα  
 ἀπαλόωτες.*  
 D. Lucas in  
 Act. Apost.  
 19. 19.

(m) Ut con-  
 queritur Hel-  
 mont. de flu-  
 diis authoris.

adscriptis(k)superstitio, quæ quoque magi-  
 cis herbis eandem accenset, unde &  
 (l) *ἐπεργα* appellatur. Verum nauci sunt  
 illa encomia & phalerati tituli, nisi præsto  
 fit utilitas: Quare his missis, comperi, quæ  
 de ejus facultatibus ediderunt rei herba-  
 riæ Commentatores, alterum ab altero mu-  
 tuatum esse; ubi malunt cum præambu-  
 lonibus errare, quam experimenti facto  
 periculo in ipsam veritatem inquirere;  
 quod præ cæteris equidem scientiis in  
 botanologia dolendum est; adeo ut in il-  
 la (m) à tempore Dioscoridis parcissima  
 fit inventio; cum posteri nominibus me-  
 moria servandis, quam virtutibus enucle-  
 andis, probandisve vel reprobandis, ma-  
 gis occupati fuerint. Quæ autem de ar-  
 temisiam viribus habent plerique, ex Plin-  
 io, Dioscoride, Galeno & Apuleio, cor-  
 raserunt, parum addentes de suo.

Hæc igitur tantopere celebrata artemi-  
 sia, ubi in flammam cineresque versa est,  
 plus lucris adfert & emolumenti; quippe  
 dum lædit, sanat; sanat autem miris mo-  
 dis profundum & *ὀστέον* artuum dolo-  
 rem,

rem, multotiens in momento; quod e-  
 quidem majoris momenti est, quam ut  
 utile ac commodum hoc remedium an-  
 gustis hujus dissertationis cancellis obse-  
 piamus; neque enim quis facile Homeri  
 Iliada nucis tegmine denuo condat: Suf-  
 fecerit nobis arefactæ artemisiæ præstan-  
 tiam in ustionis opere juxta Japonicæ  
 Chirurgiæ præcepta prima breviter demon-  
 strasse. Quocirca seposita in reliquis morbis  
 efficacia; quid imprimis in Arthritide  
 præstet artemisia; ex Sinarum Japonum-  
 que praxi, præmissis quibusdam de inusti-  
 one momenti, breviter nartabo; Fa-  
 rina ex ficis artemisiæ foliis cum vino  
 sumpta ad tres drachmas, (n) excellens  
 ischiaticis medicamentum est, inquit Dio-  
 scoridis commentator (o) Matthiolus. Ve-  
 rum si farinæ loco ex iisdem foliis arefactis  
 molluginem præscripsisset, solvisset no-  
 dum, pertinaxque malum sustulisset: Om-  
 nes enim ejusmodi dolores, ubi in-  
 veteraverunt, vix citra ustionem finiuntur,  
 ut docet (p) Celsus de genuum dolore;  
 ubi & ultimum atque efficacissimum re-  
 medium esse dicit, tribus aut quatuor lo-  
 cis super coxam, cutem candentibus fer-  
 ramentis exulcerare; forsan etiam ut  
 (q) dolor dolorem sedet: Nam quibus-  
 cunque à coxendicum dolore molestatis  
 diuturno excidit coxa, iis crus tabescit, &  
 claudicant, si non urantur: præcipiente  
 (r) Hippocrate; qui (s) ustionem & ca-  
 lesfactionem doloribus administrandam in-  
 culcat,

(n) Uel (speci-  
 ficum betoni-  
 ca de prædica-  
 tur (vide  
 Hildan. cent.  
 6. observ. 42.)  
 Italis familia-  
 re medica-  
 men.  
 (o) Lib. 3. cap.  
 111.  
 (p) Lib. 4. cap.  
 22. & 23.  
 (q) Sic indicu-  
 larum tor-  
 mento pluri-  
 mos ab Ar-  
 thritide libe-  
 ratos fuisse  
 multiplex do-  
 cuit observa-  
 tio. vide Hil-  
 dan. cent. 1.  
 observ. 79.  
 (r) Aphor. 60.  
 Sect. 6.  
 (s) Lib. 6.  
 epidem. 6. 64



culcat, quinimo locupletissimus ille est in  
ustionum modis & commodis; quorum  
triplicem scopum praefixisse mihi visus  
est; Doloris videlicet mitigationem, ab-  
scissus evacuationem, articuli imbecillis  
vel dislocati restorationem; Hic praeci-  
pue collinamus in primum; quare satis fit  
paucas in hac palaestra praelegisse Hippo-  
cratis leges, ut antiquitatis prerogativa im-  
mature scripta aliquantulum gratiae conci-  
liet: (t) Si igitur alicubi dolor congrega-  
tus fuerit, urito; imo vero (y) ubicun-  
que alius dolor (praeter splenis) incubu-  
erit, urito; sic enim statim sanus erit.

Locum inurendum demonstrans & no-  
stra sententiae patrocinans sic ait; (w) Hic  
(nempe sanguis) per crus vagatur per sangui-  
fluam venam, & ubicunque constiterit,  
ibi etiam dolor manifestus est maxime;  
molestus quidem, sed non lethalis; Si er-  
go in unum aliquem locum incubuerit  
dolor, & constiterit, & medicamentis non  
fuerit exactus, urito quocunque loco fue-  
rit dolor. Nec minus dilucide, ubi infit;

(x) Et longus quidem est hic morbus (lo-  
quitur de podagra) ac molestus, sed non  
lethalis; si itaque in digitis dolor relin-  
quatur, venas paululum supra articuli in  
digito nodum inurito. Non tantum ut  
noxius sanguinis fluxus sistatur; (z) si enim  
perufferis venam ipsam in dolore, cujus  
gratia urebatur, non coalescit, verum  
fluxui prodest; si enim perusta fuerit, non  
fluit: Sed etiam ut sanguinis inquietator  
flatus

(t) Libr. de  
intern. affect.  
§. 19.

(w) Ibid. §. 20.  
liber de  
intern. affect.

(x) Libr. de  
affect. §. 30.

(y) Ibid. §. 32.

(z) De locis  
in homine §.  
49. Ubi quae de  
venarum in-  
ustione habet  
Hippocrates,  
relegisse &  
perpendisse  
pretium ope-  
ra foret.



flatus dissipetur. Ubi, ut & plerisque aliis in locis, per venam, juxta veterum idioma, arteriam subintelligi velim: Quippe hæc concitatus pulsans & intensius doloris est index.

De altero indicationis circa inuersionem membro inquit idem; (z) Si simul dolorosus sit locus & caro submucosa (seu, ut alibi multoties, tabescens) his uestio medela optima est; eapropter instituta, veluti Romanus ejus afflecla (a) Celsus, ut materia inutilis evocetur, illud perpetuum est, ut primum fieri potest, hujus generis ulcera (candentibus ferramentis inflata) sanare; sed ea trahere, donec id vitium, cui per hæc opitulamur, conquiescat. Sed ante omnia aurea illa Hippocratis lex observanda ac imitanda est pyrrurgo nostro; (b) Quæ ducere oportet quo maxime repunt, ea ducere oportet per convenientes locos.

Quæ vero de luxatarum partium per inuersionem restauratione, tanquam tertio inurendi scopo, tradit, videantur (c) libro de articulis, alibique. Quippe singula de uestione Hippocratis testimonia & præcepta produxisse nimio opere longum esset.

Plurimis incommoda commoda inuersionem attulisse ægris, restantur etiam Practicorum observationes; unam repetivisse sufficiat. Refert (ut supra notavimus) consultissimus (d) Tulpus; Legatum Principis Lansbergii candentibus ferramentis ab inveterato coxarum dolore liberatum:

H 3

Cui

(z) Libr. de artic. §. 54.

(a) Loco supradicto.

(b) I. Aphor. 21.

(c) §. 11. & 12. Ubi de luxato humero differit: Porro de modis excidentem humerum inurendi & instrumentis eo spectantibus, vide Aquapendent. (d) Observ. Medic. lib. 3. observ. 26.

(1) Cap. de  
Arthrit.

Cui expertiss. (e) Thom. Willif. suffragaturi ubi dicit; Caetera in brachiis & juxta homoplatas excitata, quibusque fere huic morbo obnoxiiis utilia esse. Et ne ἀσύνθετος videar, unum ex iis, quos in Europa casibus animadverti, adjungam; Adolescentem me in trivialibus ad Drusi fossam tenuit oppidulum, in quo cum Rheno Baccho non modicè epulabantur Consulares viri, qui omnes fere claudorum tragœdiam agebant ex articulari morbo; Hic tribus, ille quatuor pedibus, incedebat, iste rheda, alius sella, vehebatur, portabatur alius ad curiam; unus ex iis miseriarum pertæsus, ad primum Arthritidis insultum, affectam partem ad ignem præligari mandabat, atque ita doloris impulsorem vi extorquebat, morbumque abigebat confestim.

Præterea, elegantem & perraram inunctionis in lenta febris utilitatem me docuit R. P. Mathæus S. Josephi Carmelita discalceatus Neapolitanus, primus Horti Malabarici, ingentis illius (quod primò à me perfectum, jam in Batavis sub prælo fudat) operis fundator in sua therapeutice Indica, quam ego (absit ambitio) meo stylo pertexui & auxi, his verbis; In multis Indiarum locis, præsertim in insula Dieu, Coa, ac circumvicinis, hic medicandi mos practicus solennis est; Quando lenta & incerti typi febris cum pulsus remissione & corporis extremitatum algore subrepat, candente ferro (quis

(quis Japonum *Moxam* non præferret?) inter malleolum & calcanei principium pedem urere, ut plurimum viginti quatuor horis ante phlebotomiam (quam, ut jam crebrius monitum, Japones ac Sinae execrantur) occiduo sole: Rationem hanc ex Anatomicorum præceptis, uti ille putat, dat hic author; quia inter vigesimam secundam & tertiam vertebram nervi proveniunt, atque ad femur tendunt, qui, quoniam spermaticæ sunt indolis, facilem cum dictis partibus consensum patiuntur; unde femur calore percussit, ventriculus roboratur, & facultas expultrix, quæ noxio humore exinde se liberat, febrem fugat, concoctionem juvat, intestinalem effervescentiam promovet, & pituitam, sanguini mixtam, temperat. Adhibendi modus hic est; igitur primo ferrum, inurenda pars notatur, suspensa tum manu cauterium transversim adigitur: Si in leipothymiam incidat æger, tollitur urens ferrum, adusta pars sale fricatur, tum illico dolorificus locus tantisper percutitur, ut dolor cum sensu quadantenus dispereat: Atque hoc in utroque pede præscriptis locis administrandum est remediû genus.

Verum crudelis nimium hæc est medendi ratio, nec minus immanis quam (f) efficax est hæc Chirurgia, præsertim illa quæ candentibus peragitur ferramentis: Quanquam veteres etiam aliam actualis ignis materiam usurpaverint; Quippe juxta Hippocratis dogma, (g) urere oportet car-

(f) Qualem descripsit expertiss. Severinus.

(g) De affect. Intern. §. 20.

(*h*) Lib. 6.  
epidem. lect.  
2.

(*i*) De affect.  
intern. §. 26.

(*k*) Ibid. §. 56.

(*l*) Ibid. §.  
36. & 37.

(*m*) Libr. de  
affect. §. 30.

(*n*) Ibid. §. 32.

(*o*) De ani fi-  
stulis.

(*p*) De operat.  
Chirurg. cap.  
107.

...  
...  
...

...  
...

nosâ quidem ferro (quod durum medican-  
di genus, ipso morbo plerumque gravius,  
in Arthritide sepono, mitius, atque ideo  
non minus tutum, præferens) ossæa vero  
& (*h*) nervosa fungis: Urto ossæa, ut  
crustæ multæ & profundæ remaneant: At-  
que (*i*) urto fungis; sic enim celerrime  
sanum feceris: Inurere autem oportet cru-  
stas octo. (*k*) Urto multis ac profundis  
crustis inustis, in ossæis quidem partibus  
per fungos: (*l*) Si enim hæc ustio succes-  
serit, sanum efficies. Quare ubicunquæ  
dolor (videlicet artuum) incubuerit, urto,  
urto autem per fungos. Atque ita passim.  
Quam cum fungis inustionem imitatus est  
Paulus. Altera inurendi materia est li-  
num crudum; (*m*) Quocunque in loco fu-  
erit dolor (supple artuum) urto, urto  
autem lino crudo. Et (*n*) si dolor in di-  
gitis relinquatur, urto, urto autem cum  
lino crudo. Atque ita multis aliis in locis.  
Per hoc accensum lino ex lino lorum in-  
telligendum docet ex (*o*) Celso (*p*) H. F.  
ab Aquapendente: Idem ergo erit hoc  
linum quod funiculus ignarius; nisi quod  
hic coquatur (ut Europæis, non Asiaticis,  
usuale est) illud incoctum accendatur:  
Quamquam non una ambigendi ratio mihi  
suppetat, an peritissimus ille Chirurgiæ  
Doctor hac methodo unquam oprato  
cum eventu humana corpora intulerit.  
Tamen ille cum funiculo, proculdubio  
extricato, inurendi modus Turcis etiam-  
num solennis fit. Incolæ porro regni Ar-  
racan,

racan, &c. paniculis lineis, cotone circum-  
volutis, ut incendiaria stupa conficiatur,  
urunt. Similibusque usus, similisque urendi  
materies Ægyptiis est, uti recenset Prof-  
per Alpinus, qui pyramidalem ex cotone  
linoque stupam, quæ accensa, ignem grada-  
tim ad turundæ illius basin demittit, deli-  
neat. Consimilem inurendi modum se  
Næapoli apud famigeratissimum M. A.  
Severinum (qui hunc inurendi ritum tan-  
quam arcanum sibi servabat, methodum-  
que urendi Arabicam, utpote hodiè æ-  
quæ ac olim illi genti usitatam, appella-  
bat) vidisse oculatus & vocalis testis mi-  
hi fuit celeberr. J. van Horne, meus in  
Chirurgicis & Anatomicis Professor. Pos-  
trema denique apud (q) Hippocratem in-  
ustionis materies constabat buxeis fufis, in  
oleum fervens tinctis: Sic quoque Sinæ  
inustorias suas stupas (ubi profundius ac  
vehementius urere satagunt, ut alta ac  
puriflua stigmata remaneant) oleo imbuunt  
fervente. (r) Aëtius verò ex Archigene,  
cum struthii vel aristolochiæ incensa radice  
inurendum injungit. Et (s) Plinius cum  
caprino fimo fervente ischiaticos sub polli-  
cibus pedum uri, aliquos utilissime tradi-  
diffe refert. Solitus etiam erat Impera-  
tor Augustus, teste (t) Suetonio, crura  
suburere nuce ardenti, quo mollior pilus

sibi bene habere & ustionem factam esse vium fuerit: Aut per fun-  
gos octo crustas inurito; si enim ustio successerit, sanum facies, &  
reliquo tempore melius vivet. (q) Lib. 22. cap. 3. (r) Histor.  
na. ur. libr. 22. cap. 16. (s) In Augusto, c. 68.

buq;

surgeret:

(q) Ira enim  
lib. de affect.  
intern. 9. 31.  
In morbo he-  
patico urere  
oportet, quum  
maximum  
hepar factum  
fuerit, & max-  
imè emineat;  
urito  
autem, in-  
quit, per  
buxeos fufos  
in oleum ser-  
vens tinctos;  
apponito au-  
tem donec

(\*) Lib. 2. p. m. 20. surgeret: Atque, juxta (\*) Justinum, inurebantur, sed crediderim ferro, infantum dexteriores mammæ, ne sagittarum jactus impediretur; unde Amazonum nomen fluxit.

Hisce omnibus leniorem & tutiorem medicinam suppeditat Sinarum Japonumque praxis; cujus princeps pars in inustione cum herbacea stupa consistit; cujus tanta in eventu felicitas, quanta ferme in casibus copia & diversitas est. Mirabar primum, imo ferme detestabar, insolitam Europæis medelam, donec tandem successu iterato convictus utilissimæ medicandi methodo patrocinarer ipsemet. Tum demum assensu firmatæ multifaria experientia monitorum venerandi admodum viri D. Hermannii Bushovii (cum quo identidem de hac medelæ ratione sero contuli) fidei; ille quippe, quod mihi tum etiamnum insolens videbatur, vilipendebat contumacem alias articulorum morbum, experientiam provocans testem, & in seipso aliisque exempla producens varia, mihi que illustria reipsa commonstrans; quinimo dum lethi minace graviter decumberet febre, vitalium virium prædone, sæpius, me præsentem, exoptavit, ut Arthritidis insultu, tametsi atroci, invaderetur, atque tum de morbi eventu viriumque robore non modo melius se sperare, sed certum esse, credidit, mihi que postmodum in aliis compertum est: Attamen primo ambiguus hæsi, donec tandem apud

apud Japones exemplorum myriades coram conspicerem; vix enim aliquis Japonensium est, qui hujus rei non fecerit periculum, veritatemque in semetipso non comprobarit, in omnibus morbis à flatibus, ut nos opinamur, vel, ut authores nostri docent, à frigida pituita, oriundis: Excludit R. D. Bushovius affectiones oculorum, sed male; namque in illis etiam urunt cum sua *Moxa* Japones; verum herbaceas illas stupas in nucha vel super scapulas collocant.

Me primum in Japoniam adventantem invisit nostrorum interpretum, uti in limine cœpi dicere, unus, in rebus medicis præ cæteris curiosior, ille claudicans, baculoque non leviter innixus ad me proreptabat, culpans gonagræ molestiam, cum illo de remedio mihi agenti regerebat; Cras forte mirabere præsentanei medicaminis energiam; quapropter ad dictum diem ad me reversus, sine ullo incommodo procedebat; Ecquid hoc rei esset? mihi percunctanti respondit; En tibi promissi eventus fidem! Emplastris ex (\*) Japonica papyro plurimis, inustas plagulas tantum defendentibus, obrectum genu ostendit; ita nos expellimus articulorum dolorem, effatus; Verum postea innumera exempla dubitationem omnem non minus ex animo meo, quam omnem dolorem ex agrorum artubus inustio hæc, abstulere.

Corripiendus igitur in semitam sermo, atque prosequenda Arthritidis cura est:

Hæc

(\*) Quam a libi ex instituto, si ferat occasio, describam.



Hæc causæ sublatione, hoc est, flatuum, ossa inter periosteumque delitescendum, evaporatione perficitur, hoc quidem modo, quem ex ipsa *artemisia* desumpti; in illo etenim quodammodo prævaricatus est R. D. Bushovius, aliorum infida vel ignara relatione proculdubio seductus. Modus eorum præparandi simplex est; Tenuiora enim folia summitateve *artemisiae latifoliae* (nam tenuifoliam, ut Botanici vocant, Japonia, saltem quantum ego comperi, non novit) salutaris admodum plantæ, colligunt, collecta ficcant in umbra (tum demum, uti supra dictum est, *Moxa* appellatur) ficcata manibus fricant ambabus, cauliculos, foliorum fibrillas, aliasve inutilis reliquias, vel sordes, abjiciunt, cæteram molluginem servant ad usum, quæ tum gossypii instar est, si præparata sit bene: Atque ille *Moxam* aptandi modus cum apud Japones tum Sinas vulgarissimus est, lippis & tonsoribus non minus, quam insignibus quasi Doctoribus, notus: nec minus communis est isthæc medicina, quam ejus usus; hic enim copiosius, quam alibi infelix lolium, illa panacea crescit. Hanc igitur ex arefacta ac mundata *artemisia* molluginem pollicis ac prioris digiti apicibus in parvam, minoris pisi, vel paulo amplius, magnitudinis, formant stupam, acutiori prismate, basi latiore, præditam: Vel etiam purificatum herbæ gossypium charta obvolvunt, & diducta palma circumvolvunt,

ut

FIG. I.

Pag. 108.

Xin Kieú.  
*Radix Sinica Virtuosa.*



ut illa plantaria lana magis & æqualius compingatur, de qua suas cultro præscindunt stupas, duos circiter scriptorios calamos crassas, quas dolenti loco (digito, faliva parum imbuto, prius submadefacto) imponunt, atque ellychnio aliove vel flammæ vel ignis subjecto (sic sæpe unâ stupâ sequentem alteram) incendunt, ut hoc medio articulorum ille tortor, doloris omnis author, flatus extricetur, & agatur in fugam. Has ergo artemisiales turundulas vel plana manu vel extremis digitis inurendæ parti imponunt. Ast hic primo (x) articularum pulsus in affecto loco explorandus est (quod Sinæ Japonique non ita attendunt) ut exactius constet de flatum hospitio. Quin (y) corpus servandum est in eodem situ; uti dictæ gentes notant. Hanc ergo facile combustibilem, modo siccata sit congruè, stupam (quam idcirco etiam in ignariis suis pixidibus secum portant Sinæ) in apice cum conflagrante bacillo (quem potentiores Sinesium, non Japonensium, quantum mihi

(x) Concinne Hippocr. de loc. in homine §. 23. venas (per quas hic quoque arterias indigit) visum prementes exurere oportet, qua videlicet semper pulsant. Et lib. 2. de morb. §. 12. Venæ circa

067

saltem

(\*) Hunc in  
finem Sina-  
rum Magna-  
tes exsiccatæ  
suz artemisiz  
moschum, lig-  
ni aloës pul-  
verem, alia-  
que fragran-  
tia addunt,  
gratum ut sibi  
concilient  
odorem.

(a) Ita Hip-  
pocr. de loc.  
in hom. §. 36.  
Si vero medi-  
camentis levi-  
or non fiat  
morbus ( lo-  
quitur de af-  
fectu lienis )  
inutendæ  
sunt crustæ  
quam tenuis-  
simæ, & quam  
maximè in  
superficie,  
quo æquam  
continere  
possis.

saltem constitit, ex rebus aromaticis in  
(\*) olfactus delicias confici curant) ac-  
cendunt; quæ lentè ardens flamma tur-  
riculam hanc in cineres non omnino con-  
vertit, sed parvum ejus segmentum in basi  
relinquit, quod epidermida nulla violentia  
attrahit, pustulamve, nisi forte (a) λεπτο-  
τάτην & ως επιπλαστικήν, excitat: Sed ple-  
rumque cineritiam tantum maculam, eti-  
am si quoque sæpius super eandem plagu-  
lam illa renovetur inustio atque juxta ar-  
tem curetur plagula, superfitem finit;  
quoniam, cucurbitæ instar (namque cu-  
curbitarum admotionis, partium scarifi-  
cationis, causticorum applicationis, imo ip-  
sius venæ sectionis, quæ absque materiæ  
morbificæ diminutione sanguinis ac spiri-  
tuum vigorem deprimit, præsertim in re-  
gionibus caltdioribus, vices supplet Japo-  
nibus artemisialis hæc inustio) peccantes  
humores, teste visu, alliciens, eosdem  
imbibit, ut planè consumi, cutemve ni-  
mis corrodere, nequeat; humores enim  
ad hoc stupæ incendium celerius etiam  
confluunt, quam in urbe vicini, paries cum  
proximus ardet. Neque valde dolorifica  
est (quod, præter ingens levamen, hoc  
genus auxilii summopere commendat)  
inustio; mollis namque hæc est stupa,  
nec spissa, nec magna, neque ad ipsum  
cutem flamma penetrans, atque ipsa con-  
flagratio momentanea est.

Hæc imbecillioribus in locis ter qua-  
terve communiter reiteratur inustio; aliis  
vero

Verò in plagis, si (b) robustiores sint, flatusque profundius hæreant; Verbi gratia in ischiade (in qua crustas valde multas, magnas, ubi Sinenses ac Japonenses parvas, ac inter se propinquas inurendas præcipit (c) Hippocrates) quandoque vicies, trigies, etiam quinquagesies, imò pluries, illa repetitur; donec male suadus ille flatus exhalet; atque hinc nullus mali alicujus metus est, neve doloris reliquæ; & quamprimum finitum est hoc comburim, licet inustam partem tractare vel pro lubitu comprimere; hoc enim dolorem fedat, & ut plurimum tollit *Moxæ* incendium, (d) si bene successerit.

(b) Nam si juniorem aliquem à morbo liberare voles ( loquitur de crysi-pelatis cura ) ubi ipsum purgaris, pectus & dorsum inurito: inquit Hippocr. lib. 2. de morb. §. 53.

(c) Lib. 5. epidem. §. 3. Quip-1<sup>a</sup>

pe Eupolemus dolebat coxam & commissuram ad coxam. (d) Ita enim D. Senex lib. de affect. intern. §. 1. Et in pectore & in dorso urito, (sermo est de arteria pulmonis exulcerata) si enim successerit ustio, fugæ morbi spes est. Et ibid. §. 3. In dorso & pectore urito ( agit de pectore suppurato ) si enim ustio successerit, proderis. Porro ibid. §. 9. Pectus & dorsum urito ( tractat de pectore & dorso diruptis, hoc est, de pleuricide ) & sic celerrime sanus erit. Si vero non ustus fuerit, permanet nempe morbus ( disserit de inflammatione pulmonis ) & non valde deficit, sed ad senectam usque adhæret. ibid. §. 7.

Inustionis hujus utilitati quidam contrariam, uti supra attigi, experientiam opponunt, dicentes, quod podagrici ustionum vexaminibus animales simul & vitales vires exantlent, nutritionem vitient, & (quod quidem levissimum est) cutis planitiem cicatricibus deforment. Verum in Japoniam ac Sinam concedant illi antagonista, ubi experientur, homines cujusvis ætatis,

atatis, sexus ac conditionis, in quocunque  
 doloris, cum externi tum interni, insultu,  
 necnon tumoris accessu sua *Moxa* urere,  
 & crebrius urendo robustiores evadere,  
 urere etiam tametsi sani degant, ad formi-  
 dati mali procatarsin: Quanquam, fateor  
 nonnunquam contingat, ut longa, forti  
 & saepius iterata inustione in leiporhymiam  
 concidant; & inustio hæc in regionibus  
 calidis (ubi per perpetuo patulos corporis  
 poros spiritus plures exeant) minus proficit,  
 quam in locis frigidioribus, ubi corporis  
 habitus contrario se habet modo. Præ-  
 terea etiam macri tenerique non ita for-  
 titer, nec ita frequenter, quam validi car-  
 nosique, urendi sunt. Et quod cicatrices  
 attinet; ego saltem existimo, sanitatem  
 pulchritudini præferendam. Verè igitur  
 quod de igne generatim (e) Plinius, de hac  
 inustoria stupa sigillatim dixerit; Est &  
 ipsi igni medica vis; maxima autem no-  
 stro: Ita valentissimum super omnia me-  
 dicinæ auxilium simpliciter esse ignem  
 comprobatur (f) Galenus, ubi dicit; Ustio  
 ex his est præfidiis, quod totam ejus quod  
 infestat substantiam exinaniunt. Quod sic  
 interpretatur (g) M. A. Severinus; Nul-  
 lum esse vitium tam ferreum atque im-  
 penetrabile, quod vi ignis domari non  
 queat, præsertim si ejusdem vires atque  
 usus ad amissim intelligantur: Uti hæc  
 non minus acutè quam prolixè profequi-  
 tur prædictus author: Quippe uti flamma  
 aère, tanquam suo pabulo ac incitabulo,  
 fovetur,

(e) Lib. 36.

(f) Lib. 13.

method. med.

cap. 6.

(g) Pyro-

techn. Chi-

rurg. cap. 1.

fovetur, sic hæc artificialis iniustio noxiis flatibus, eorum flabellis, magis succenditur, & quod primarium est, eisdem exhaurit atque dispellit.

Attamen debiliori Naturæ subveniendum, levisque separanda cicara est, hoc pacto; Contusum (b) allium escaræ imponendum, quod iterum ejusdem corticis lamella, in ore parumper humectata, contegendum, ut emplastri loco serviat; atque inde post diem naturalem auferenda sunt ista ex allio tegumenta; nam separationi tunc proxima est crustula; postquam, dum decidit, pellucidior in cuticula cicatrix remanet, rarius rotunda pustula; quæ si nihilominus suboritur, minutiore forcipe leviter incidenda est, ut peccanti materiæ exitus pateat: Verum abstinendum à violentis mediis; nec fortioribus instrumentis, scalpello cultellove, &c. auferenda est illa crusta; Uti barbarâ Hottentorum gens solet, quæ, si pars quæpiam læsa lenioribus (nam præter oyillum, bubulum, vaccinumve sebum in extremis doloribus nullum agnoscunt pharmacum) telorum acumine (quibus hostes aggrediuntur externos) internos etiam dolores demere conantur; dum post violentam scarificationem, mali causam exfugere tentant ore; quos inter ille optimus Chirurgus est, qui fortius fugere novit. Verum quis nostratum crudelem illum medendi ritum non aspernetur? Cum exinde dolor exacerbetur, hinc febris sæ-

I

penumero

(b) Secundum Hippocratis præceptum; Quoscunque ulseris, statim post unctionem porrum multum tritum super ulationes imponito, & per diem unam sistito; libr. eodem §. 10.

penumero sobolescat : Escara illa facili ratione tollitur, si modo plantaginis folium (rusticorum apud Japones communis in vulneribus & ulceribus medicina) betæ, brassicæ, *Syri*, &c. modicè tostum, manibusque frictum, ut mollescat, applicetur; atque ita patienti animo crustulæ decidentia expectetur & cura. Ubi notandum, si illa plantaginis folia (ignitis carbonibus prius imposita, ut lentescant & concidant, manuumque palmis compacta iterum explicentur) nervoso sui latere calidè simul & humidè applicentur, illam fonticuli instar ichor exsudare; si vero parte glabra adhibeantur (cum consolidationem exigit ulcusculum) illa cito & sine notabili cicatrice (quod cum negligunt Japones, & unctiosa putrilagine luxuriare plagam, & emanantem in crudefcere sanie, faciant, deformibus ex hac inuisione nævis foedantur) coalescit vulnusculum, convenientius etiam quam si vel electa instrata fuissent emplastra, propter pinguedinem maximè postponenda. Verum non est præcipitanda illa escaræ ablatio, etiam si plagulæ levissimè tantam adhæreat; Naturæ remittendum illud opus, neque sistendus est saniei fluxus; neve globulorum introductione excitandi sunt meri (i) fonticuli; suoapte exeat, quantum velit odor: Quare diutius illa folia fibrilloso latere super plagam retinenda sunt, quia sic insanum ichor liberius effluit; verum parte glabra non ita diu; quia

(i) Arthriticis cæterum non insalubres, ut & propria & aliorum medicorum docuit observatio. Vide etiam Hildan. cent. 6. observ. 32.



quia tunc nimis citò vulnusculum consolidant; servanda ergò super plagam nervosa foliorum facies, & ne illa decidant, obliganda, vel conglutinantibus emplastris (si ligaturas non ferat plaga) detinenda, atque ad minimum bis viginti quatuor horarum spatio renovanda sunt. Si verò plantago (quæ in Sina ac Japonia, ubi hic medendi modus usitatissimus est, perquam abundat) deficiat, brassica, beta, ruffilago, hedera, vel confimilia substitui possunt: Quæ si defint singula, uti mare peragrantibus accidit, diapalmæ, basiliconis, vel, quod magis probo, sticticum Paracelsi, alteriusve emplastrum succedaneum sit. Hujus inustionis clara memini me inter (k) insulæ *Timaon* in-

(k) insula *Timaon* (à Montano in sua Japonia obiter descripta) tres ab æquatore versus Boream gra-

duis latitudine eminentis, & 140. circiter leucis Jacatra distans; Malaicæ oræ contermina est: Uti fors aliquando latius.

Ast tanti non est monstrasse portum, nisi scopuli, qui cum periculo allidi possunt, simul ostendantur. Prohibent igitur Japones, quorum inustionis praxin hic imprimis doceo;

1. Ne in febris ardentibus, sive continuis sive continuis, quamdiu illæ typum servant, vel exacerbationes cum suis accidentibus patiuntur, corpora inurantur

l. 2

Moxa.

*Moxa*, experti, febrem cum suis symptomatibus exinde intendi.

2. *Moxa* usum vetant in intermittentium paroxysmo, quod accuratè observant Japonenses, verum extra eundem inuersionem hanc seduli inculcant & strenuè administrant.

3. *Moxa* comburium interdicitur in gravedine; secus febrem, eamque nonnunquam gravissimam, supervenire inquit, præsertim si corpus tegmentis non bene muniant: Quod semper in ustionis opere observandum injungunt ob metum febris, uti experientia comprobant; secus enim externum aëris frigus adaperitis inuersione poris, quibus status egressi fuerit, se insinuant, atque vetus malum in pejus saepe pervertunt.

4. Gravidas etiam urere, nisi centum diebus jam transactis, recusant: Quod de his locis intellectum velim; namque non semel foeminas foetum recens enixas adversus cephalalgiam, aliosve cum capitum pectoris dolores magno cum levamine inuri præcepi.

Post inuersionem (hoc est, primis post primam inuersionem diebus) ustam partem digito, vel potius munda syndone, in aqua calida ac subsalsa leviculæ tinctis & lenissimè, formidine febris, iteratò mollioriterque contrectant; præcavescentes, ne aqua nimiam falsuginem contraxerit, digitusque perfrigidus præhumidusve sit. Quanquam hæc monitoria regula in omnibus non habeat locum; id tamen commo-  
di

di adfert probè observata, quod purulentum ichor ex inusto stigmatè, citius tutiusque prolechet.

His adde, si lubet, (1) Hippocratis monitum; Dextras urere aut fecare lethalius (saltem dammosius) esse.

Enimvero quibus hic labos nimius videtur (nam Japones veri *μισόπονοι* sunt) aliis cauteriis actualibus utuntur; in quorum usu illam præceptorum exactitudinem non sequuntur; Conficiunt ergo ex ficis integrisque artemisiæ, &c. foliis herbaceam turundam, digitum longitudine, non crassitie, superantem; hac longiuscula stupa inurendam partem octies deciesve cautè tangunt & leviter, aut ultima vice eandem plagæ aliquantò fortius imprimunt. Hanc & prædictam pariter operationem (m) *Sinkin* nuncupant Japones, cujus nomen & usum à Sinis (quibus hæc hodie saltem non ita familiaris est) accepere: Huic ego vulgatam cum *Μοξα* usionem antepone-rem. Ad quam juxta artis leges bene absolvendam sua habent schemata Sineses & Japonenses Practici, in quibus loca, totius corporis perustioni designata notarunt exigua anatomæ notitia: Malim ipsos consuli sensus, & (n) venas (o) (pulsantes) in circuitu inuri. Hanc pyrotechniam Chirurgicam plerique Japonum ad morborum prophylaxin quotannis saltem semel, ut plurimum bis, imo pluries, administrant; eodem quo nostratium multi ritu, qui ad ægritudinum præservationem,

(1) Lib. 3 de morb. §. 26.

(m) *Sinkin* quoque vocantur ipsi operatores, cum inustores, tum acupunctores, uti infra docebitur.

(n) Ex his enim solum sanum fieri spes est, inquit Hippocr. de affect. §. 11.

(o) Nam per *φλέβας* plerumque indigitat arterias Hippocrates, uti jam supra monitum.

præsertim verna tempestate, cum in organo sunt humores, corpus evacuare & sanguinem fundere assuevere.

Verum arcanam inurendi methodum tenent Japonum Medici, quam in gravissimis & chronicis morbis, adeoque in phthisi emaciatis, corporibusque admodum debilibus & exanguibus, adhibent: si qua nominant *κλι ἐξοχὴν*, hoc est, quatuor locorum, scilicet inustionem; hanc cum notissima *Moxa* instituunt, nimirum in lumbari regione juxta os sacrum, ubi binas spinali medullæ stupas utrinque imponunt, binas insuper ab eadem medulla paulo remotius; uti in adjectis ad calcem schesibus videre est. Hinc vires refici volunt, partibusque genitalibus vigorem reconciliari: Quare etiam luxuriosi (ut plerique Japonum sunt) his in locis cicatrices habere, multotiens conspexi: Atque hæc hisce in locis inustio forte convenit in morbo illo Anglico, (p) Rachitide. (q) Hippocrates autem in simili casu, cum scilicet resiccatur medulla spinalis maximè, quum venulæ ad medullam tendentes, fuerint obturatæ, itemque ex cerebro accessus, in istius lumbos ab utraque (r) ventriculorum parte *κρυστα* quatuor inurito, & in dorsum utrinque quindecim, & in cervicem duas, inter tendines:

(p) De qua singularem tractatum conscripsit Glissonius. (q) Libr. de affect. intern. §. 14. (r) Σπορδύλων habet textus, hoc est, vertebrarum, quæ hic indigitantur, Lindanus vertit, ventriculorum.

fi enim

si enim ustio successerit, sanum facies: est autem morbus hic gravis. (f) Alia in aliis morbis inurenda loca demonstrat D. Senex: In scapulam scilicet dextram quatuor crustas inurito; & in acetabulum coxæ dextræ (si hæc male afficiatur) tres; & sub nates, duas; & in medio femore, duas; & supra genu, unam; & supra malleolum, unam. Hic ubi sic ustus fuerit, neque sursum neque deorsum morbum procedere permittit: Agit enim de morbis venarum (arterias subintellige) cum sanguine plenæ sunt, & aliquid alieni (velut morbidis sordibus inquinati flatus sunt) in ipsis præterlapsus est, ægrotant. Si dextram partem morbus corripuerit, dolorem ex coxæ acetabulo in principio exhibere incipit, nimirum illud τὸ ἀνωτέρω, vitiosive flatus. Quanto autem amplius tempus progressum & prolongatum fuerit, tanto acutior dolor descendit. Omnem igitur patrocini partem in inustionis utilitate & necessitate absolvat Hippocrates; Materiam hanc dolorificam modo ex coxa in malleolum, ex malleolo in pedis digitos, tum rursus in caput, tum in oculos, tum in aures & cæteras corporis partes transfert: Ut pateat istorum dolorum causam esse uniformem, noxium videlicet flatum, loco affecto, non essentia, diversum: Cui dissipando inustionem esse administrandam præcipit; inurenda autem ea loca, in quibus dolor incubuerit. Sic passim in suis

(f) Ibid. §. 19. Quæ quoniam huius inustionis vetustatem simul & efficaciam, flatuumque vagabundum vitium, confirmant eleganter, verbo tenus ab Hippocrate, cujus patrocini partem huius opusculi deorsum ex professo maximeque quarto, mutuari.

(z) De loc. in  
hom. §. 35.

(u) Ibid. §.  
49.  
(w) Ita libr. 2.  
epid. sect.  
3, vult, ut  
dicitur, id  
est, flatuosa  
venositas (ut  
veritè Linda-  
nus) venæ-  
sectione sistat-  
tur.

(x) Vel potius  
circa venas.  
(y) 6. Apho-  
rism. 27.  
(z) 7. Apho-  
rism. 44.  
(a) 6. Apho-  
rism. 60.

scriptis Hippocrates inustionis commoda plurimis in morbis (ut permultis in hujus dissertationis locis videre est) peruen-  
set: Ubi si loco ferramentorum candenti-  
um Japonum haud dolorosa, nec minus  
tuta, quam efficax, *Moxi* substituatur, pari  
voluntate concinemus: Sic ubi (r) splen  
præ febre magnus factus fuerit (fit autem  
cum corpus attenuatur) tum inurendas  
præcipit crustas quam tenuissimas, & quam  
maximè in superficie, quo aquam contine-  
re possis circumcirca umbilicum & una in  
umbilicum, & emittere singulis diebus; si  
enim successerit, sanum facies. Præterea,  
(s) doloris in capite gratia, (w) sanguinem  
de venis detrahito (quod Sinæ & Japonæ  
maximopere improbant; hi enim phlebo-  
tomiam uti superius relatam, varias ob-  
rationes execrantur; quarum hæc quid-  
em princeps est; quod tantum decedat  
vitæ, sic argumentantur, quantum sangui-  
nis subducitur; quocirca venæsectioni in-  
ustionem cum artemisiali stupa substituere,  
quæ noxi è corpore humores cum flatibus  
eliminantur; observare quippe licet, si  
plantaginis folium parte dura & aspera  
inustæ parti applicetur, udorem ichoremve  
emanare admodum foetidum, si verò parte  
glabra, sanari ulcusculum) aut si non sedet-  
tur, perure(x) venas, & sanus evadet. (y) Sup-  
puratos etiam aut hydropicos vult uri;  
(z) quibus si pus purum & album fluat,  
evadunt. Et (a) quibuscunque à coxendi-  
cum morbo diuturno vexatis coxa exci-  
dit,

dit, his crus tabescere & claudicare inquit, si non fuerint ulti: Namque hic (b) coxendicum dolor ( qui per sanguifluam venam vagatur ) ubi in unum aliquem locum incubuerit, & confiterit, & medicamentis non fuerit exactus, urendus est quocunque loco fuerit dolor, urendus autem lino crudo: Quod cum Japonum *Moxa* magnam, quod ad operationem, convenientiam obtinet, nisi quod hæc longè mitius agat & leviores cicatrices superstites habeat. (c) Si ergo & in digitis dolor relinquatur, venas paululum supra articuli in digito nodum inurito; urito autem cum lino crudo. Itidem (d) in coxendicum morbo à piuita (tanquam flatuum affecla & vitii hujus accidente) urito multis crustis iustis; in ossis quidem partibus per fungos (*Moxa* postponendos) in carnofis autem per feramenta, morborum remedia graviora sæpe morbis: Ita (e) Eupolemus in Oeniadis dolebat coxam dextram & inguen & commissuram propinquam ad coxam, quæ suppurata postea, sed nimis tardè crustæ ipsi iustæ sunt, valdè multæ & magnæ ac inter se propinquæ, & pus effluxit multum atque crassum: Hæc si in tempore facta fuissent, mihi quidem videtur, quod sanatus fuisset. Atque ut inustionis prolixior pateat utilitas, hanc variis in affectionibus, præeunte nostro duce Hippocrate, prosequar: (f) Si igitur dens non est corrosus, neque movetur, dolorem autem exhibet, per unctionem, (non ipsi

(b) Appositus sanè hic est & emphaticus textus, qui cum Japonum praxi (cui, quod ad *Moxa* comburium suffragium addo) apprimè conveniens, habeturque lib. de affect. §.

30.

(c) Ibid. §. 32.

(d) De affect. intern. §. 56.

(e) Libr. 5. epidem. §. 3.

(f) De affect. §. 5.

(e) Libr. 1. de morbi §. 12.

(h) De affect. §. 2.

(i) Scarificanti & incidunt Africæ aliquot cives tempora aliquaque capitis loca, ut malignos flatus intercipient, sicque multas præveniunt ægri tudines.

(k) De affect. intern. §. 14. (l) De qua, ut supra dictum, peculiarem tractatum conscripsit Franc. Glissonius, in cuius curandi methodo therapeutica aurium scarificationem, fonticulum ad nucham, & vesicatoria (quorum loco utiliter *Moræ comburium* posset substitui) præcipit. (m) Στεροδύλαον dicitur, quod, ut supra monui, proprie vertebram designat. An autem per ventriculos Lindanus designaret renes?

sum



sum utrinque quindecim, & in cervicem  
 duas, inter tendines; si enim ustio succel-  
 serit, sanum facies: Est autem morbus hic  
 gravis. (n) Ubi porro erysipelas in pul-  
 mone est, & juniorem aliquem citius à  
 morbo liberare voles, ubi ipsum purgatis,  
 pectus & dorsum inurito. (o) Pleuritidem  
 autem calefactoriis, (non modo, sed &  
 inustoriis, mediis) dissolvere (oportet  
 & curare) ne vapor (seu flatus ille ma-  
 lignus) ad aegrotantis spiritum adferatur  
 (pulmonesve infestet) (p) si vero in la-  
 tere tuberculum nascatur & suppuratus  
 fiat, &c. ubicunque tumor significationem  
 de se præbuerit, secato aut urito: Ex  
 his morbis quoscunque uideris, post usti-  
 onem porrum multum tritum super ustu-  
 ras imposito, & per diem unam finito.  
 Enimvero (q) ubi (r) tuberculum in pul-  
 mone est, quod non erumpit, haud seca-  
 to aut urito: (s) Si autem, pectus aut dor-  
 sum fuerit ruptum (unde (t) empyema  
 producat) tunc ante & retro urito ex

(n) Libr. 2.  
 de morb. §.  
 53.

(o) De visu  
 acutor. §. 11.

(p) De affect.  
 intern. §. 10.

(q) Lib. 2. de  
 morb. §. 53.

(r) Græcè  
 σπυρμα.

(s) Ibid. §. 60.

(t) Ferraræ  
 empyematis  
 curæ partici-

pem me fecit Præfectus noster in Japonia D. Martinus Cæsar, refe-  
 rens, se ficus dictæ Indicæ folio, transversim discisso & parum tosto  
 super craterem vel palam, frictove, à difficili pectoris abscessu  
 (cogebatur enim in alterum latus semper flectere corpus) fuisse li-  
 beratum; ita ut pus per carnes foras eruperit, tanta expulsionis vir-  
 tute, ut una vice matulam suppleverit ejecta materies, nec mino-  
 ri dolore, ac si viscera unà evellicarentur: Sic Practici Sinensis fide  
 mihi constat, in suppressis lochiis idem folium simili modo præpara-  
 tum, vi humorum exundantium expulsiva tantum pollere, ut, si in  
 tempore non detrahatur, periculum sit, ne ad syncopen, imo mor-  
 tem usque humores, ne dicam membranas, &c. exterminet atque  
 deturbet.

partibus

(u) Libr. 3.  
de morb. §.  
26.

(v) De affect.  
intern. §. 3.

(x) Libr. 2.  
de morb. §.  
26.

(y) De affect.  
intern. §. 26.

(z) Ibid. §. 33.

(a) Ibid. §. 34.

(b) Ibid. §. 20.

partibus utroque loco, & sic sanus evadit. (u) Si itidem non quid sputi in pulmone relictum pus fiat, à quo arida tussis sequitur, ac febris & horror emergunt, & erecta cervice spiratio tenet, & frequentem & acervatam respirationem æger habet, &c. si igitur non spuatur, sed sui significationem ad latera præbeat, secato aut urito: Et sic porro, (v) si pectore suppuratus fiat, &c. in pectore & dorso urito: si enim ustio successerit, proderis. Quod (x) si vero præ crassitudine humor (hoc est, pus in pectore) non fluctuet, &c. qua parte primum resiccatum fuerit, ea secato aut urito, quam proxime ad septum transversum, cavendo tamen, ne hoc ipsum lædas. Ubi insuper (ut intra Hippocratici dictaminis metam permanens, ad alia viscera transeam) (y) ab hepate fit aqua intercus, &c. postquam crassissimus factus fuerit (æger) & hepar maximum, fungis urito; sic enim celerime sanum feceris; inurere autem oportet crustas octo. (z) Quum verò maximus fuerit splen & maximè elevatus, fungis urito, decem magnis crustis inustus; si enim successerit, sanum facies, verum non brevi; gravis enim & diuturnus est, si non fuerit statim curatus; si (a) tumor, durities & dolor in splenem incidunt, &c. splenem urito velut prioris, & si ustio successerit, sanum efficies: (b) Ubi itaque in splenem dolor acutus incumbit, statim & in principio morbi, huic per fungos crustas

stas octo inurito, capite lienis quam celerime intercipiens: Et ubicunque alius dolor incubuerit, urito; sic enim statim sanus erit: Si vero non fuerit ultius, sanus autem sponte fiat, plerisque post duodecim annos morbus rursus revertitur, & si splenem occuparit, aquam intercutem inducit. Morbi autem in splene differentiam peccans humor (cui noxii viam paravere flatus) facit: Sic (c) ubi crassissimus & maximus ex sanguine fuerit splen, etiam urito, & si opportunè ultius, ac successerit, sanum facies. (d) In splenis autem morbo ex pituita, in principio decem crustas in splenem inurito, & statim sanum facies: Atque in splenis morbo ab atrabile, urito ipsum eo modo, quo etiam alios. Denique (e) in renum morbo, &c. in scapula dextram quatuor crustas inurito, & in acetabulum coxæ dextræ, tres, & sub nates, duas, & medio femore, duas, & supra genu, unam: Hic ubi sic ultius fuerit, neque sursum neque deorsum morbum procedere permittit. Hæc, similiaque (hinc inde citata) ex professo ad hoc propositum selecta, Hippocratis dogmata inustionis equidem vetustatem, utilitatem, necessitatem, & (si in materia leve discrimen feceris) cum nostro hoc Japonum *Μοχαε* comburio analogiam satis superque comprobant.

(c)Ibid. §.35.

(d)Ibid. §.36.

(e)Ibid. §.19.

Inurenda autem loca (in quibus omne artificium est situm) singularibus figuris (suae artis *νεμηλοῖς*) interstinguunt Sinen-  
sium

nensium Japonensiumque Medici. Et  
 quamvis vulgus sibi metipsum hanc cum *Moxa*  
 perustionem administret, sunt tamen pe-  
 culiari Chirurghi apud Japones (de qui-  
 bus oculus speciatim testari possum)  
 qui hanc operationem & acuum punctu-  
 ram ex industria exercent, *Farañys tensas*  
 appellati, quorum officinae sculptis simu-  
 lacris (quibus urenda loca notantur, ut in  
 adjectis ad calcem tabulis videre est) non  
 minus quam nostrorum Chirurgorum aedes  
 pelvium insignibus dignosci possunt. Tan-  
 ti enim interest, ut perurenda illa loca ac-  
 curate distinguantur, ut in peculiare arti-  
 ficium transferat haec cognitio, eodem plane  
 modo, quo apud nostrates oculista, li-  
 thotomi & herniarum curatores singula-  
 rem sibi vendicant artem. Adurimum  
 igitur in locorum discretionem esse  
 multiplex inustionis usus me docuit; qui-  
 pe ubi stomachus anorexia vexatur, sca-  
 pularum quandam regionem tunc inurunt  
 Japones, ut eidem robur redeat, quod  
 haud facile quis intelligat Europaeae anatomes  
 peritus: Os sacrum & lumbos inurunt  
 in gonorrhoea & spermaticarum partium  
 debilitate: Sed quod magis mirum, notus  
 est mihi in hypogastrio haud longe ab  
 umbilico locus, quo inusto certa sequitur  
 effoeminatio absque ulla etiam recuperan-  
 dae virilitatis spe. Innotuit mihi etiam  
 Japonica matrona, inter Batavos adhuc  
 degens, cui in infantia, uti mihi bona  
 fide retulit, tuberculum in nucha natum,  
 quod

quod omni remediorum genere tollere satagentes Japonum Medici tandem idem reseruisse, verum identidem de novo protuberasse; donec, quædam vetula hanc excrescentiam contuita irriferat præpostera medentium conamina, mediæ pedis plantæ artemisiales stupas, quarum cicatricem præfens conspexi, imposuerat; unde tuber illud spectantium oculis se confestim subtraxit, ac denique omnino evanuit, absque ullo sui ad hanc propinquam senectam vestigio: Ecquid hic hariolaberè Europæ profector? Talia porro exempla dantur plurima, quibus probetur in ustorio hoc artificio omne momentum, acumen atque experientiam in locorum electione esse positam; ita ut simplici locorum prævaricatione membri alicujus motus depravari, vel etiam visceris cujuspiam vitalis facultas vitari queat. In hac locorum notitia quicumque erudiri cupit, examinet huic tractatuli adjecta, cum Sinarum, tum Japonum, schemata; quibus si quis ultro adferri nequeat (tamen si longa experientia suffultis) Hippocraticum illud observet præceptum; Ubi cubuerit dolor, urito. Urito ubi arteria partis affectæ vehementer pulsatur, vel haud procul isthinc: Ne vero nervos nerveasve partes, si vitare possis, temere uras; circa sanguifera vasa (noxiorum flataum genuina habitacula) potius uras; Quod tamen in singulis observari nequit; quoniam efficiens Arthritidis causa, flatus, circa

(f) De loc.  
in hom. 9. 49.

(g) De affect.  
intern. 9. 19.

circa nervosa loca communiter stabulatur, & quasi incarceratur. Ubi igitur dolor congregatus fuerit, urito: (f) Urere autem convenit circa venam commodam ex quocunque etiam agrotaverit; si enim perufferis ipsam in dolore, cujus gratia urebatur, non coalescit, scilicet sanguis, sed fluxui prodest. Urere autem oportet carnosa quidem ferro, ossea vero & nervosa fungis, si (g) Hippocraticum institutum imitandum: Ceterum ante hæc, si in principio morbi accesseris, ista facere oportet. Enimvero super medullam spinalem facta inustio periculo non vacat. Solent etiam Japones vel nunquam vel rærenter (& tum admodum circumspèctè) interiora pedum latera vel superiores brachiorum partes, ubi nervi tendinesque ac ligamina parca teguntur carne, sed exteriorem, cum pedum tum brachiorum, ambitum, in musculorum interstitiis, urere; quia ibi sanguinis vasa (flatuum latifundia ac viæ) subjacent. Qui autem pertinaciter dubitat, tanti non interesse, ubi locorum uratur, ei præfatum locum in hypogastrio (tres digiti articulis, sive unius digiti longitudine, infra umbilicum, huic scilicet recta è diametro, super lineam albam, Anatomicis sic dictam) monstrabo cum artificiali inustionis methodo, veluti modo attigi, quo loco sic inusto illico effœminetur & generationi ineptus evadat: Quapropter ob præposteram locorum in urendo electionem ægris sæpe

sæpe plus detrimenti quam emolumenti adfertur. In hypogastrio enim, ut nec in epigastrio, sed à lateribus & paulò infra & paulò supra umbilicum, urunt Japones; parum supra umbilicum instituta inultio appetitum prostratum restaurat: Sic porro laterales ossis sacri partes iniuste genitalibus organis robur addunt, spermatis effluviu involuntarium minuunt, quandoque etiam tollunt: Menti rima, seu inferioris maxillæ media sulca, iniusta odontalgiam fugat; ita apud Scultetum Spigeli illa occurrit inventio, qua suadetur, (b) ut in dolore dentium ramus ille soporalis arteriæ, pone aures versus dentium cavernas decurrens, candente scalpello refecetur: Varia etiam optati eventus exempla eodem docuere. Indene (i) Hippocrati adfentiendum, ubi ait; Quibus prope aures venæ inciduntur, eos in Veneris actu quidem sperma effundere, verum modicum, imbecille & sterile; quia, uti D. Senex inquit, plurima feminis pars à capite per venas juxta aures in spinalem medullam defluit, quibus cicatrice obductis, genituræ meatus obstruitur: Et quia, eodem teste, proceres Schytarum incisis juxta aures venis sterilecebant. Eodem forte recidit illud ejusdem testimonium, quod, secta, quæ per tempora fertur, vena, vulnerata in tem-

depulso aliqui sani exsurgunt, aliqui verò minime. aq. &c. atque addit §. scq. Sterilitatem inde sequi certo, hinc se eviratos consistenter ditissimi etiam Schytarum, minimè infimi.

(b) Vide Joh. Scultet. ar. mam. observ. §. 28. quam allegavit apposite Rev. D. Bushovius de podagra, ubi plura addit & explicat.

(i) De aer. aq. & loc. & lib. de genitur. Claudi & contracti Schytæ sibi medicantur utramque venam retro aures incidendo, unde somnus eos corripit, quo.

§. 5. de aer. aq. &c. atque addit §. scq. Sterilitatem inde sequi certo, hinc se eviratos consistenter ditissimi etiam Schytarum, minimè infimi.

K

poribus

poribus apoplexiam, spasnum, carum, delirium & febrem adferre. Sed his omnibus (salvo Hippocratis auctoramento) refragatur Africanorum frequens experientia, sæpius à me in Angolæ aliisque Afri tractus incolis observata, qui tempora cum sursum tum deorsum, transversimque ac lateraliter, ubi etiam juxta aures dicta sanguinis vascula profundis secant fulcis, imo penitus discindunt inuruntque, qui nihilominus liberis plus satis fertiles & cephalalgæ ac dentium aliorumque cerebri ac capitis morborum immunes, satis feliciter degunt. Præterea in tympanide & ascitide inustionem valde commendant Japones, uti quoque in scrotocele sua endemia (quæ testiculi alterutrius communiter intumescencia est, illic admodum familiaris) in qua ipsum inurant scrotum & majorem alterutrius pedis pollicem super ipsum articulum (qui sensibilis admodum, dum uritur, locus est, sed in universo corpore sensibillior nullus, quam inter pollicem & subsequentem alterutrius pedis digitum) Mira & nostratibus illic fit vasorum productio oportet (ex qua harum partium consensus oritur) Europæis equidem incognita, Sinenfibus ac Japonibus verò multijuga experientorum fide firmata, uti in adjectis tabulis, præsertim secunda, cernere est. Inustionem super scapulas stagnantem circa stomachum sanguinem, dejectæ appetentiæ sæpenumero causam, movere ac solvere, testatur



testatur Japonum praxis. Mirabiles & Europæis hætenus non perspectæ sunt hic sanguifluorum vasorum derivationes ac divaricationes oportet; uti dictis in tabulis partim demonstratur. In vehementissimo dolore colico (qualis per Asiam passim horrendum in modum sævit, ægroque infandis cruciatibus sæpe necat, vel saltem paralyfin in manibus pedibusque post se multotiens relinquit) hoc remedii genus adhibent Lusitani; Candenti ferro (cui ego artemisialem molluginem minori cum dolore & forte majori emolumento substituerem) pedibus insunt nudis donec sibilum edat adusta pars, persentiatque dolorem, unde illico levamen solet sequi; sin minus, incurabilis habetur: Idne arguit, flatus esse hujus efficientem causam mali, ejusque per ignem confirmat eradicationem? Qui contra sensuum fidem de flatuum præsentia dubitat, hoc Bengalenfium facile evincetur experimento; qui in hoc atrocissimo morbo abdomen ita fricare ac premere norunt, ut flatus per ipsum umbilicum sensibiliber exeat cum sibilo; quod si non succedat, umbilico magnam ollam (*Cojang* vocant) aqua repletam imponunt, quæ tum flatuum impulsu ac impetu movetur & evidenter subsilit. In eodem porro affectu, ut hoc obiter addam, solent milites nostri Ceilonenses cremati ligni cineres de foco tollere & aquæ mixtos ebibere, unde subitum solamen persentiscunt. Multi præterea Indicæ

K 2

oræ

oræ incolæ pedum inuasionem in cholera morbo optato cum eventu instituunt. Atque, uti mihi à Nobiliss. D. Rykloyio van Goens Belgicarum Indiarum nunc Gubernatore Generali relatum est, Singhalenses id in more positum habent; quod si quis à venenata morsus sit bestia, unde metus mortis ingruat, venenum autem infra umbilicum vires exerat, quod æger sensu percipit, pedis plantam latiusculo vulnere incidunt; si verò supra umbilicum virus proserpserit, & pedis plantam simulque calvariæ verticem scalpello aperiunt, & in ore detento limonis succo ad utrumque foramen fortiter sugunt; unde æger medelam acquirit: Hocine etiam maligni status indicium est?

Locum itaque inurendum quam accuratissime observandum volunt cum Sinarum (à quibus sequentes hanc artem cæterasque medicinæ partes maximè mutuati sunt) tum Japonum (qui pyrotechnicam hanc Chirurgiam plusquam priores adhibent) gens; quæ utraque tametsi profectoriæ artis fere omnino rudis, exactius tamen, quam Europæ ulla natio, sanguinis motum (in quo omnis eorum Medicina fundatur, uti alibi aliquando à me ostendetur) ac sanguiferorum vasorum structuram novit, sicuti reipsa docet. Hinc certas formavere repulas fuger loca, juxta morborum differentiam, humorum crasin & diathesin ac subjacentium vicinarumque partium indolem inurenda, uti in  
subnexis


subnexis in fine hujus dissertationis schematibus ad rubrorum punctulorum loca, atramento aliove colore notant, ne corpus adeoque cutem movente ægro, erret ustor: Vel etiam corpus morbidum in eodem firmiter servant situ.

Denique in clausulam seruiat hæc artemisiæ præparatio & usus internus; Japones viridia, non ficca, hujus plantæ folia rejectis cauliculis foliorumque fibrillis in calidissimam imponunt aquam, circumagitant, lavantque, ut fæces secernantur & amaritudo minuatur; hanc aquam abjiciunt, concoctaque & purificata folia expriment, residuum in mortario ligneo tundunt, confuso dimidium coctæ orizæ addunt, sic cum paucillo sacchari in pastam redigunt, atque ex ea liba conficiunt; quibus pro bellariis mulieres vescuntur contra

(l) affectionem hysteri-  
cã, mensium sup-  
pressionem, atque (m) foeminarum mor-  
bos, quibus auxiliari artemisiam (n) spe-  
cificè unanimiter docent authores, com-  
probat Japonensium usus.

(l) Artemisia  
auxiliatur fœ-  
minis in u-  
teri stangula-  
tione. Dio-  
scor. libr.  
5. cap. 6.

(m) Ad fomentationes quoque uteri, &c. commoda. Galen. de simplic. med. facult. libr. 6. (n) Artemisia privatim medicatur fœminarum malis. Uti supra dictum. Cornar. in Dioscor. ex Plinio.



---

---

Febris Cardiaca  
ET  
CORDIS PALPITATIO  
EX  
FLATIBUS,  
AB IPSO  
AUTHORE  
Passæ.

**M**Emini D. Franciscum de le Boe  
Sylvium, inclytum Medicum,  
præceptorem meum, post fata  
admodum colendum, sive tenera de hu-  
mani generis salute solitudine, sive qua-  
dam ostentationis specie ( id enim non  
disquiro ) quandoque in votis habuisse,  
plerosque morbos ( omnes quippe impos-  
sibile est ) in semetipso experiri, dummo-  
do exinde sana mente reconvalesceret ;  
ut de hominum affectionibus in proximi  
K 4 com-

commodum (salutare & animosum propositum!) constantius judicare, morbofque certius tutiusque depellere posset: Et sane solidius ex iis quæ in nobis ipsis sentimus, iudicium fertur. Enimvero ego meo infortunio, utinam proximi mei utilitate! satis multa corporis mala, imprimis æstuantis febris insultus, passus sum: Attamen nuper mens, quamvis in summo etiam paroxysmo sat sibi constans, hærebat, quodnam morbi genus me affligeret, & in subitaneum mortis agonem præcipitaret, ante horrendam furibundi huius mali invasionem desideratissima sanitate fruente: Intempesta quippe nocte quieti me traditurus absque ullo notabili, multo retro tempore, diætæ deliquio, inopinata cordis palpitatio me corripuit, quo nobile illud viscus cum impetuosissimo cursu ita contrahebaturangebaturque, ut de extremis statim cogitarem; quocirca famulum iussi, ut mihi cordialem potum, qui ad manus erat satis efficax, exporrigeret, cuius modico hausto, parum ad me rediit, dilatum me dedens somno, non tamen plane sedato cordis opprimente pulsu: Subsequens biduum infomnis non sine sollicitudine transegi, tandemque iterum noctu in cordis palpitationem, leipothymia comitatam, adeo vehementem incidi, ut, de vita mea illico actum iri, exclamarem: Imo vero nisi validissimæ vires partiumque internarum intemerata integritas in me viguissent, planè conclamatum, meo adstanti-

adstantiumque iudicio, mecum fuisset; nihilominus duabus proximis noctibus similes insultus non tamen tanta cum violentia sustinui, vix horæ momentum de mea vita perpetim certus, ita acerbè infestabat nobilem vitæ fontem causa funesti mali, quæ interdium in renibus latibulum quærebat, nonnunquam spinalem lambebat medullam; ubi vero ad cerebrum properabat, utilem repulsum intulere sani fortesque spiritus animales; cætera intacta reliquit viscera ferus cordis tortor, hospes sanguinis & nocturnus grassator; Quippe noctu pulsus meus interruptus, communiter in secundo ictu, radice carebat, ut Sinica utar phrasi; hinc quadantenus suspecta mihi fuit indubitata Sinensium de mortis præfagio ex pulsus subsistentia prognosis; ast quoniam illa intermissio (utpote à flatibus, non à viscerum interitu, orta) interdium in celeriore motum (manente tamen, sed non ad ordinatos ictus, interruptione) mutabatur, disperit is scrupulus: Ego autem (ε) Sinarum de pulsibus doctrinæ fidem adhibens ex observatis, atque inde properantem mortem animo proponens meo, tantam quandoque perturbationem (namque ex improvîso ingruebant hi insultus) menti adfricuit concepta

(ε) Quippe in hoc affectu, fateor, Sinarum de morbi statu & vitæ termino ex pulsuum rhythmis iudicium (de

quo pleniorē & commentariis locupletatum tractatum, quem D. Andreas Cleyer M. L. contra stipulationis fidem in patriam me infecio misit, nî publica ac privata negotia id impediunt, edere consitui; sed de hoc contractu & meo labore ac sumptu siluisse, quam pauca dixisse, præstiterit) propria in memetipso experientia incertum reperi & vacillans; ubi in totali integri pulsus intermissio e

(quam

(quam vocant radicis carentiam) mortem præfagiunt: Verum hæc hic forsan locum habet conjecturalis exceptio, quod mea illa agritudo in flatibus, tori sanguinis malæ, quantum persenti, immixtis & cum eadem tumultuans motis, constiterit: Ast si ex sanguine grumescente (qualem frigidi efficere quoque queunt flatus) idem pulsuum interstitium obtingat, certius judicium formabitur. Hoc tamen semper in me comperi, si pulsuum unus subsisteret, me semper pejori esse in statu &c.

(a) Job. 30.  
17.

(b) In suo enchiridio medico.

imaginatio, ut subsequenter horis deteriori loco staret valetudinis spes. Symptomatum autem omnium maxime notatu dignum erat pulsus continua quandoque (ad tactum saltem) diastole acsi cor sanguinem sine intermissione, sine ulla receptione, effunderet; adeo ut cum (a) D. Jobo effarer; Pulsus mei non requiescunt! Hanc comitabatur ferociens cum difficillima respiratione æstus, princeps & infociabilis paroxyfmi incitator, tum demum demigrans, cum solutum perpete & molesto sudore corpus esset, viresque plane dejectæ; frigebant tum manuum, præsertim verò pedum, submortui & pene insensiles apices; atque tunc ad ἀκμὴν pervenit paroxyfimus; quoniam, uti suspicor, cor summo tum temporis conamine nocivos frigidosque eructare flatus & ad extremos delegare artus allaborabat. Neque enim absorta est (b) anonymi scriptoris Angli opinio, qua cordis palpitationem ex spiritibus flatulentis, fumosis ac vaporosis, in pericardio residentibus, atque ex nimia Venere, &c. quandoque natis, oriri, autumabat:



tumabat : Eodem fere recidit viri Japonis de hac mea ægritudine iudicium, flatus frigidos & austeros (tale quippe vitium ex spirituum dissipatione contrahunt) sanguinem partim coagulasse, unde motus & ejusdem circulatio illis in partibus impedita fuerit; quocirca si flatus vel *dyo* vel *xatro* emitterem, levabar. Quin etiam dudum & multotiens sensi stagnantem in superficialibus ventriculi partibus sanguinem, ita ut, iudice hoc sensu, sanguis per sua vasa transitum frustra moliretur, & in alias partes, magis pervias, aditum inveniret.

Medelam cardiacis, parçè sumptis, institui, quibus cor quidem tantisper reficiebatur, sed in crudefcebat ejusdem sæva micatio; quocirca rosacei laticis odor præstantiori refocillamento fuit: Ast omne levamen mihi clysmata attulere (quorum utilitas in febribus doctum quendam Physicum in id statuminis deduxit, ut intermittentes febres in intestino cæco maxime hospitari opinaretur) quibus subducta alvus flatulenta crepabat, & quod notabile est, enema postremum, tepidum licet, injectum stagnantem extis humorem solvebat, qui in egestione tanto frigore me percellebat, dum corporis extrema habitusque incalescerent, ac si liquefacta glacies, fociata torminibus flatibusque egredere-tur alvo, magno subsequente levamento, anxietate tamen ac palpitatione summo-pere diminutis, viribus tamen tantillum dejectis.

dejectis. Enimvero nullum mihi solamen majus in hoc affectu fuit, quam flatuum sive sursum sive deorsum emissio; quam præpediebat (qui plurimum nocuit) obstipatus venter; quod incommodum in mari me semper, sic & tunc, maximè habuit. Potus familiaris erat pitana ex radicibus electis Chinæ (illæ enim recentes in Japoniam advectantur) quo corporis pori assidue referati servabantur, uti utilitatis necessitas exigebat. Verum malum hocce meum sapius recruduit, cum nimia humiditate, potando sumpta, sanguis saburraretur, ita ut ejus vasa sui laticis ægrè capacia fierent, cui accedentes flatu majorem motum, adeoque cordis palpitationem, excitabant. A cibo autem abstinebam maximè, in cæteris exactam servans diætam bene coctili cibo (gallinarum nempe jusculis, communiter autem mundati hordei pultibus, quibus, si adstricta staret alvus, pruna uvasque passas incoqui curabam) nullo potu acri calidove utens. His itaque cum periculo perpeffis exquisito me dedi victui, quo nihil obstante aliquot diebus post rediit lethiferum malum, aliquanto pacatius, binosque in eadem viscera insultus summo cum angore, summa cum virium prostratione, faciebat, atque ita recedebat exiguo tempore morbus, qui post breves inducias tertia vice, sed multo mitiore unicoque paroxysmo me impetebat. Quibus postremis invasi-

onibus

onibus eadem animi patientia iisdemque mediis restiti repulique, ex enematum usu primarium, ne dicam unicum, levamen inveniens.

De morbi hujus continente causa parum, magis de genere morbi, ambigens antecedentiam causarum propemodum ignarus fui. Si nomen quis quaerit; Febrim cardiacam indico; talem nonnunquam patitur Bengala, saepius vehementiusque Persia: si continentem causam, flatus ita-  
tuo, maligno frigore cor infestantes, dum corporis habitus & extrema uruntur; ubi sanguine abundantes partes propter ejusdem multitudinem tremunt & inflammationes suscitant; nequit enim fieri, ut conquiescat sanguinis multitudo; qui praesentis illius noxii flatus timore percussus concurrat ac penetrat per omne corpus ad locos maxime calidos, *πυρὰς ἢ ἰκτὰς ἢ ἀίμαθ'*, ut docet Hippocrates libro de flatibus: Ubi februm causas ex flatibus deducit satisfacitque sedulo: Contremiscunt enim viscera & palpitant, ubi flatulentus spiritus eorum poris ac vasorum cuniculis obsertus, eorumque ut & nativo calore adjutus, exitum parat, liberiusque spatium nactus, tenuior fortiorque evadit, sicque qua data porta ruit, atque nobilibus aequae ac ignobilibus partibus se insinuat, tum celeri motu sensibilia loca invadens eadem laedit non modo malignitate, sed & sua substantia mordaci vellicat, distendit, dis-  
jungit

jungit fauciatque quæcunque ei obvia fiunt, siue calore siue frigore peccet : Ubi tum obsessæ partes se ab hoc hostili flatu liberare connitentes, tremunt atque micant. Ego saltem indubitatum habeo, solos flatus hujus meæ atrocissimæ afflictionis fuisse causas ; nunquam enim aliquid manifestius in morbis sensi quam hos flatus, quos in quovis membro, ubi ubi etiam hærent, sanguinis vasculis inclusos accuratè atque distinctè ex ipso sensu eorumque effectis ac operationibus expertus sum ; tum infallibile mihi probationis indicium medicaminis, flatus discutientis, summa utilitas, & per eorundem emissionem certissimam refectionem attulit. Præterea, artuum pandiculationes & oscitationes, quæ me frequenter invadebant, idem stabilivere ; cum post hæc accidentia pulsus illico crebriorem continuo comperi. Atque hi lethales palpitationis insultus sex iteratis vicibus, nunc ternos, aliàs binos, etiam unum, paroxysmos inferentibus, extremis mortis minis me invasere ; sic quidem ut micationes illæ cordis postremæ mitiores, graviores leipothymia, essent ; quæ funesta incommoda apta diaphoresi & exacta diæta huc usque dispuli, noctes etiamnum tranfigens infomnes, subsultante noctu cordis viscere.

Sed hic sedula disquisitionis perspicacia Medico incumberet, viva observationum  
fide

fide firmanda ; Num februm focus non modo in peculiari viscere, sed & in parte quavis indiscriminatim, delitescere queat ; veluti intermittentium sedem in Pancreate statuit Clariss. Sylvius, vel etiam simili modo, quo juxta experientiae veritatem existimat Expertiss. Willis. aliique ; Epilepsiae causam quandoque in singulari corporis parte ( manu vel pede, &c. ) latitare posse ; quae pars si à causis intrinsicis irritetur, nominatum affectum suscitatur : Oriuntur autem febres illae ex vitio circulationis massae sanguineae, ubi haec maligni quid in se continet, quod iteratis circulationibus tandem coit, atque ita in adfecta parte ( mali foco ) morbi causam incendit.


Post trimestres has angustias & mortis agones, postquam lethi minax paroxysmorum defœviisset horror, noxia flatuum ( qui plerumque cor, saepius stomachum aliaque viscera, succutiebant ) detrimenta, tandem ab umbilici latere utrinque tribus, & in lumbari regione duobus in locis, in quavis adurenda plagula duodecim stupas artemisiales magnas imponi curavi, quibus inustiunculis statim doloris ac angoris levamen percipi ; altera autem die post aqua falsa calida ulcuscula humectavi, unde, cicatrice decidua, pus prodiit & ichor copiosus : Postquam haec plusquam viginti diebus diutino & uberi saniei fluxu maduerant, emplastro

emplastro fictico Paracelsi apprimè facta sunt, exigua cicatrice superflite, quarum una postquam vesicam contraxit, permultum fudit ichorem : Atque ita tandem (Deo gratias ago) à summis cruciatibus liber evasi.

### Mantissa

MANTISSA  
SCHEMATICA.

L





## PROOEMIUM.

**Q**uomodo in patentissimo macrocosmi alveo appellendum deteget locum ratis rector, nisi latitudinis gradu pernoto cursum, quem circina in mappis interstraxerat, firmare, syrtis & scopulos providè effugere, & de navis progressu ex secundis vel adversis fluctibus, etiam inconspicuis, citiore vel tardiore, probabiliter conjectare noverit? Quomodo in intricatissimo microcosmi ambitu inurendam  $\alpha\gamma\iota\alpha\sigma\theta$ , vel acu pungendam corporis partem  $\text{Ανασφαιρα}$  (differunt autem parum hi apud Japones artifices) discernet, nisi cordis (corporis nostri amussii) motu, sanguifluorum rivulorum situ, finibus, fluxu refluxuque cognitis, atque evitato administrationis damno, de doloris sede, quam sua nota signabit uterque, ex concitataiore laticis motu certior, gnarus pariter tutum illic esse Moxæ comburium, ubi sanguinis altiuscule in carnosis regionibus

## Prooemium.

gionibus latent voragine, dubium vero, ubi manifesta articulatio nervosa sui constructione de sui teneritudine, tanquam de præcavenda rupe, Acupunctorem præprimis admoneat, quomodo, inquam, secus malum, his auxiliis haud difficulter cedens, tollet? Hic ratio leges, experientia dexteritatem, sufficit; Ubi optimus ille est artifex, qui duobus his magistris instructus & institutus artem callet. Bina hæc (inustio & acupunctio) primaria sunt apud Sinas & Japonenses operationes, quibus omnem dolorem fugant: Si his (Japonenses imprimis) destituerentur, miseri forent sine salutis vel levaminis spe ægri. Phlebotomiam execratur utraque hæc Natio, quia, ut existimant, venæ sectione sanus æque ac æger sanguis effluit, unde vita brevitur; ideoque male affectum sanguinem inustoria stupa ab impuritatibus liberare, & flatibus, omnis doloris authoribus, contenderunt inustione & acupunctura. Enimvero quamvis Sineses Medici (à quibus hæc medicandi rationes mutuati sunt Japonenses (a) à prioribus illis orti) in anatome rudes sint, attamen in sanguinis circuitu accuratissime discendo docendoque à multis etiam seculis

(a) Vide M. Martini histor. Sinc.

## Prooemium.

*seculis plus fortè studii, quam singuli  
& universi Europæi, impenderunt, to-  
tius medicinae stabilimen ex hujus cir-  
culationis præceptis, veluti ex Apolli-  
nis tripode natis oraculis, desumentes.*

*Hæc suæ artis sacra (ad quæ non  
quosvis indiscriminatim admittunt) non  
mellitis verborum globulis vel similitu-  
dinum ambiguitatibus exponunt, neque  
artificiofis controversiarum tricis obscu-  
rant, verum mechanices opera doctri-  
næ analogiam illustrant: Sic sanguinis  
motum in hydraulicis machinis ostendunt  
discipulis suis adeptis Medicorum apud  
Sinas antistites, quæ si desint, figurarum  
claritudinè intellectui subveniunt, anti-  
quitatis numen præ ceteris perpetim  
adorantes. Perceptis itaque juxta  
Sinarum præscriptum regulis (quarum  
paradigma me alibi producturum, si sic  
fata velint, polliceor) motus illius  
disparitas cognoscenda est, si secundum  
illorum ordinem instituenda cura est:  
Sed cum multis parasangis hæc distet à  
nostratium praxi methodus, atque illam  
à primordio demonstrasse ingentis laboris  
sit, nec hic propriè ad rhombum faciat,  
placuit in prædictæ dissertationis elu-  
cidationem dare scheses, quarum genuina  
lineamenta tandem in manus meas venè-*

## Proœmium.

re, quæ dudum sine interprete, sine ullo sui pretio neglecta jacuerant, donec ego in Japoniam delegatus, has mihi icones conquisi: Ego igitur, ne concredutum incognitumque priori possessori pignus apud me sordesceret, omnem navari operam, ut tandem Medicum (quibus parcissimus ad nos accessus conceditur) apud Japones offenderem, Sinicæ lingue (hac enim qui apud illos callent, magis præstantiores Doctores habentur) gnarum; voto itaque successit industria: Quæ autem, non sine sumptibus, expiscari potui (quippe ob interpretum nostrorum in Belgico sermone imperitiam & vocabulorum defectum, multa, quæ in originalibus schesibus Sinensi caractere expressa apud me extant, utpote non translata, præterire coactus fui) publico gratis dono: Hæc enim suæ artis mysteria (quæ tanquam sacratissimas gazas suis scriniis recondunt) difficulter admodum, præsertim exteris, communicant zelotypi Japones.

In omni quidem partium, externarum imprimis, dolore, qui sine solutione continui est, duplex hoc medendi genus adhibent dictæ gentes: Per univèrsum corpus inurenda cum Moxa, vel compungenda

## Prooemium.

pingenda acu loca certis signis, juxta artis suae praecepta, distinguunt atque depingunt: Aest singulas, quas de iis possideo figuras aeri insculpendas typisque mandandas prohibet praesertim loci incommoditas, forsitan etiam impensarum caritas; quapropter binas tantum Sinensium, totidem Japonum, principes imagines accuravi, quarum altera anticas, altera posticas corporis partes, ceterarum pleraque laterales, representant; quas si suo ere dignas censeant alii, nec illis, nec publico, inuidebo unquam.

Verum in multis parvi faciet has figurarum lineas & punctorum interpolamenta prosectoriam artem apprimè doctus, reprehensurus inconcinnam notularum in his schematibus pictionem, si illa vasorum sanguinis latera arctius ambire debeant. Sed hac per plurima ingeniorum acumina levigata & pervetusta experientiarum fides non adeo leviter abolenda est: Malunt Sinenses Medici in propriam ignorantiam erroris culpam rejicere, quam vel minimum fidei vetustatis auctoramento derogare; tantum apud eos valet illud ad hoc ipm. Ego uti in his fastosam superstitionem, sic in illis temerariam contradicendi aviditatem neutiquam probo. Quisquis

L 4

haec

## Prooemium.

hæc suspensio iudicio trutinari velit, supracitatum canonem, qui inter nostros priscos Hippocratem patronum habet, ipsa ἐνδεικτικῶς expendat; Ubiunque dolor incubuerit urito, urito autem eo loci in quo arteria pulsant fortius; illic enim doloris sedes est, ubi vitiosi flatus sanguinem inordinatè movent; illi igitur parti, explorato prius arteriarum pulsu, sua insignite tessera incendiariam stupam imponito. Ergo si elaborata Sinarum opera quis nolit uti, ipsemet ex eventu observationes colligat, quibus inurenda loca, experientia duce, emendet & sua stabiliat. Ceterum in fortuita linearum & expressorum punctorum pravaricatione facile connivebit anatomicus, si sanguifluorum vasorum structuram peruestiget; hæc enim reticulata est; illa quippe mutuis osculis semet amplexantur, ejusdem videlicet substantiæ vasa: Hinc ubi iudice cultro illorum situs statuitur, delitescunt sæpe alii sanguinis fonticuli, qui quoque ex inquinantium flatuum insultu (aliter forsitan existimante anatomes perito) doloris sedes fiunt.

Sequentes igitur icones duo commonstrant, scilicet, quibus in locis cum Moxa ustio, dein quibus cum acu punctio

ctio


## Prooemium.

*ctio administranda sit ; quorum illa rubris, hæc viridibus punctis limitantur, curiosissimi quippe in colorum varietate Sinenses sunt.*

*Quæ figura prima commentarioli, vel potius antiquitatis documenti simul & præconiï instar, adscripta sunt, ope Japonensis Medici Iwananga Zoko, Sinicæ gnari, & interpretis nostri Mottongi Sodaio, Belgicam dimidiatis verbis & offensantis lingue fragmine proferentis, collegi ac transtuli ; prioris adjumentum eapropter sollicitabam, cum ille Gubernatoris Nangasackiaci mandato quæstiones Medicas (difficiles sane nugæ) mihi per interpretem proponeret & expectaret responsa ; posterioris verò, quia ille, licet infelix verborum explanator, ex omni interpretum numero in rebus Medicis versatior erat, ast simul versutior.*


---

*Ad*





*Icon Sinesis.  
Qua ab anterioribus corporis partibus singula, cum  
inurenda Moxa, tum acupungenda, loca sigillatim  
demonstrantur.*



Ad prioris figuræ sinistrum latus ( à quo lectionis initium faciunt cum Sinitum Japonés ) hæc Sinico idiomate exarata sunt, quæ combinatæ interpretationis auxilio ex Sinensi in Japonicam, ex hac in Belgicam translata in Latinam sic verti.

<sup>a</sup> **R**ocquakph ærem malignum corrigit, vertiginem, capituliq; dolori medetur, flatu discutit.

(a) Rocquakph: Japonum hæc est locutio, non vocula; hi enim lite-

ræ K. Græcum φ. vel Ph. plerumque apponunt in fine vocis: Hoc saltem in literis hujus vocabuli discrimen est, pronuntiatio, ut in cæteris omnibus, diversa; adeo etiam, ut tametsi alter alterius characteres legere (quod non de vulgi, sed doctorum, lingua accipiendum est; duplicem enim cum Sinitum Japonés linguam habent, uti jam notum est palam) non capropter intelligere possit. Quinimo Belga quoque citius genuinam Japonum pronuntiationem, quam Sina, addiscet, difficilius Sinicam, maximè ob pronuntiandi gravamina & characterum immensam serè sine fine copiam. Rocquakph autem vegetabile medicamen est fabacei generis apud Sinites, de quo ita meus ille interpres; Faba Sinitis est, humi quæ reperit, phascolos profert, cujus odora flavescit radix, albas nostratum fabas imitatur, nisi quod tantillum amaricet: Cibus hæc quoque faba Sinis familiaris est, temperatæ virtutis inter frigiditatem & caliditatem media; Glandularum abscessibus, cum internis (ut mesenterii, &c.) tum externis, egregiam præstat medelam, cephalalgiam tollit, intestinorum lumbricos necat (amarore dubio procul suo) & atrabiliarium sanguinem emendat: Quinto vel sexto anni (Sinitis sive Japonici, de quo alibi impostero) mense colligenda radix, siccanda in umbra.

(b) Кнѣп.

(b) *Kuikiu* sive *Xinkiu*, radix est tuberofa, fatifque torofa, levisticum apprime olens: Hæc dolorem capitis (qui à frigore est, calidarum enim virium existit) curat, fanguinem purificat, e-

jusque circulationem promovet, reliquos humores temperat, cor roborat efficaciffima hæc radix; cujus hic adflat icon.

Notetur, hic species pro genere sumi, duo selecta medicamina pro singulis, internè videlicet fumendis; quæ communiter apozemaum forma parant & exhibent cum Sinarum tum Japonum medicantes; illorum autem primaria basis est *Ninziin* radix; de qua forfan aliquando in observationibus meis Japonicis, si typhetam & sculptorem invenerint, primum poliendæ. (c) Idem ergo sonant hæc quod aphorismus ille Hippocratis sect. 8. aph. 6. dicitur; Quæcumque non sanant medicamenta, ea ferrum sanat, quæ ferrum non sanat, ea sanat Ignis, quæ ignis non sanat, ea incurabilia putare oportet. Idem, inquam, horum est sensus, eadem sit interpretatio. (d) Cum *Moxa* videlicet, seu arefacta artemisia. (e) Hunc suum codicem *Daykio* in eodem, quo Europæi Medici suum Hippocratem, habent Sinæ; ad quem, tanquam ad sacram anchoram refugunt, quo, qui utuntur veri Doctores illis censentur; Quippe pro autoritate, antiquitati suffulta, ceu pro æterna veritate, ceu pro aris & focis, dimicant; huic soli supersticiosè litant, vix latum ausi ab eadem recedere unguem; ubi eventus incertitudinem vel adversitatem in sui iudicii culpam & intellectus imbecillitatem vel experientia defectum transferunt; Tantum apud illos valet illud *Αοτὸς ἔσθ*. (f) Quæ peculiarem apud Sinas & Japones Chirurgiam faciunt; quinimo apud hos omnem ferè manuariam artem absolunt. (g) Externa internis, hoc est, Chirurgia Pharmaceuticæ.

(b) *Kuikiu* sive *Xinkiu* radix piscina injecta odore suo pisces gregatim allicit.

Quæ duo optimarum virium pharmaca sunt: (c) quæ si non juvant, adhibe acupuncturam vel (d) inustionem; quibus remediorum generibus nullum noverunt melius Doctores Medici.

Hanc ob causam insignis ille de internis & externis medicaminibus codex, (e) *Daykio*, compositus est.

(f) Acupunctura autem & inustio (g) externa remedia sunt, quæ si in-

ternis

ternis jungantur, vix effugiet hostis (b) morbus.

Compositus est hic codex *Daykio* à (i) Sene, qui injunxit, ut (k) hæ duæ in uno (l) copularentur cognitiones homine.

*Wacquan* Medicus primus fuit, qui hanc copulationis legem instituit, (m) regnante familia (n) *Sinnojo*.

Verum difficultates utriusque perpendens, medicinam Chirurgiæ præposuit, & ob experientiæ gravamina unam hanc elegit.

fecè infimul omnem navant operam, ut calefactivis medicaminibus nocivos status dispellant, præsertim Sinenses. (i) Quod excellentiæ ergo dicitur, ut major fides & authoramentum illi codici tribuatur; Senes namque plusquam aliæ gentes honorant Sinæ Japonæque, antiquitatis summi veneratores: Senex igitur hic est quod in N. T. Senior, quod ad honoris titulum & doctrinæ prærogativam; huic enim tum demum gravitas adstruitur, ubi à sene proficiscitur; rara quippe apud illos juvenum autoritas est. (k) Hic intelligere datur, idem apud Sinas, quod apud Ægyptios & Græcos, contigisse; Nimirum medendi artem nunc conjunctam, jam denuo in partes divisam fuisse; uti apud Herodotum & C. Celsum lib. 1. præfat. liquet. Sic quædam fient vel facta sunt apud plures gentes, quæ vel nova censeantur, vel uni populo adscribuntur: Cujus rei, in artibus imprimis, apud Sinenses exempla sunt inventionum, quibus alii sæpe soli gessunt, dum apud Sinas multotiens diu ante innotuerunt; uti variis in locis apud M. Martinium in Histor. sua Sinica videre est. (l) Hoc est, artes, Chirurgica nempe & Pharmaceutice. (m) Ante bis mille & sexcentos circiter annos; si Chronologo nostro fides. (n) Quæ octingentos annos imperio posita fuit; cujus nepotes aliquos etiamnum in viris esse ferunt, verum nunc minoram ordinum Dynastas: Ex quibus unum, auxilio familiæ *Pochien*, an *Fockien*? (cujus postremus Imperator nepotem reliquisset, ejusque ius vexillo Sinas nuper contra Tartaros beligerasse narrant) gerere bellum adversus magnum Tartariæ Chamum perhibent.

(b) Qualificun- que ferme fit; Cum omnis à flatibus ortum ducat morbus (uti supra latè doctum) quibus forisecè exantlandis acus & artemifialis stupaefficacissimæ sunt; intrin-

Hunc

(*n*) *Phondo*,  
quod verbum  
attinet, re-  
ctam viam,  
id est, regi-  
am, sive op-  
timam me-  
thodum, quod  
ad usum Me-  
dicum (Ja-  
ponicè etiam  
*Isaphondo*  
dictum) *Phon*  
enim rectum,  
Do viam,  
significat.

(*p*) *Xinkien*  
Sinis, *Fa ri-  
nyts tensas*  
Japonibus  
nuncupatus.

(*q*) Japonensi  
idiomate *Mi-  
essa*: Caterum

Hunc reliqui sequuti sunt Doctores Me-  
dici, (*o*) *Phondo* idcirco appellati.

Quippe Medicorum filii tripartitum dis-  
cernuntur (Sinis & Japonibus) Primus  
dicitur *Phondo*, qui propriè internis affe-  
ctibus medetur; secundus (*p*) *Xinkien*,  
qui acupunctura & inuisione medicinam  
facit; tertius (*q*) *Bak sien Sinkai*, qui ocu-  
lorum vitia curat.

(*r*) Præstat tamen, ut qui praxin exer-  
cet medicam tribus his artibus simul im-  
buatur; quia (*s*) diversæ opiniones ægis  
plerumque (*t*) discrimen adferunt.


*Oyt*, magni nominis Medicus, (*u*) re-  
gnante familia *Sionojo*, corporis humani  
effigies, & in iis viscera, (*w*) nervos, of-  
sa, & articulos, additis etiam (*x*) notis,  
acupuncturæ indicibus, ex ære confecit  
primus.

*Geozuz* Chirurgen in genere Japonibus designat. (*y*) Ego eundem  
quidem hominem posse omnia ista præstare concipio; atque ubi  
se diviserunt, eum laudo, qui quamplurimum percipit. Inquit  
Celsus prætic. lib. 7. (*f*) Quoniam quot capita tot ferè sententiæ.  
(*r*) Et, ne quid gravius addam, quandoque mortem; uti deplo-  
randum sæpe docet experientia. (*u*) Hæc est temporum ratio apud  
Sinas, qui illa juxta regiminis sub tali, &c. familia periodum, non  
secundum nativitatem, dispescunt: Veluti apud M. Marinium in  
sua historia Sinica conspicuè cernere datur; ille quippe codex  
una decade, quolibet decas una regnante familia limitatur, an-  
no ante vulgarem Christi epocham 2952. sub Imperatore *Fohio*  
exordium ducens atque usque ad Salvatoris nostri nativitatem per  
cyclos (quorum quilibet sexaginta annis absolvitur) protenditur,  
opus antiquitatem venerantibus sanè æstimandum maximi. Reg-  
navit itaque in Sina familia hæc *Sionojo* (ut refert meus interpretes)  
ante quingentos & octoginta circuncirca annos, sedem tenens in  
civitate *Ponfien* (quam in Atlante Sinensi non reperio) prope ur-  
bem *Nanking*: Quippe Sina in plura regna sive provincias (ho-  
die,

die, si M. Martino in Atl. Sin. credendum, in quindecim, olim in novem; ( quarum unaquæque suam habebat metropolim, ex quibus arbitriam sedem Imperator, sive ob loci commoditatem, sive ob temporis necessitatem bellive fatum, eligebat; sub inidlis primæ Tartarorum in Sinam Irruptionis in tres provincias, *Focquien, Quantung, & Quangsi*, dispartita est, modo tartarico Chamo subiecta. Hodierna metropolis *Peking* est. (w) Quo nomine nervos, venas & arterias vulgo comprehendunt Sinæ. (x) Quæ in adjec-tis tabulis vjridibus punctis, uti inurendæ rubrls, distin-guuntur.

Hæc ad (y) levam prima tabula Sinico caractere exarata sunt.

(y) A qua icriptionis exordium sumunt cum Sinæ tum Japonæ.



Hæc

Hæc ad dextram ejusdem figuræ eodem charactere expressa sunt, præcedentibus coherentia.

(x) *Dayn* figuram ex ære, *jukits* artus signis his notatos, *Xinkieu* acupuncturæ & inustionis artificium, *Soukio* demonstrationem designat: ut interpres ille meus expliat.

**D** *Oryn* *jukits* *Xinkieu* *Soukio*.

Hoc est.

In figura aenea artus acupungendi & inurendi per (a) signa demonstratio.

*Sikkefo* Medicus (b) has figuras chartæ impressit primus, cum anteriori tum posteriori facie.

(c) *Quoteey* codicem *Miondokio* composuit.


(a) Foramina indicabat interpres; fortè quod aenea illa machinæ in locis acupungendis & inurendis foraminibus pertusæ fuerint. (b) Quarum hæc tabulæ ideæ sunt. (c) Magnus fuit ille *Quoteey* Sinenſium sacerdos; interpres autem Pontificem, ad similitudinem Papæ Romani vel Japonensium *Dayro*, appellabat. *Quoteey* Sinicè vocatur *Sin non Hongtè*: *Miondokio* idem fert nomen. *Sin non* est cognomen, *Hongtè* pronomen, more Sinico ac Japonico. Sic in macrocosmo sicum orbis terrarum in tabula pinxit primus inter Græcos *Anaximander* Milesius: Uti docet *Agathemer* Artemidori epicimator, quem interpretatus & in cum commentatus est nuper *Tennullius* meus: Ita inter Sinas primus *Quoteey* delineavit venarum situs, &c. vide *Agathem.* initio cap. 1.

fuit,

FIG. 3.

*E. Figies Sinica.*

*Qua omnia in omni affectione & Moxa virida & acu perforanda loca a  
Posterioribus & lateralibus corporis humani partibus speciatim delineantur:  
ubi viridia acui, rubra signa Moxae locum curandum assignant.*



R.M.P.  
1772



fuit, quo (d) nervos, (e) ad extrema viscerum productos, numero duodeno abfolvit.

Vafa hæc inventu faciliora genuinis coloribus primus hic diftinxit; v. g. Cordis & tenuium inteftinorum, quorum pulfus conveniunt, vafa rubro colore illustravit; Hepatis atque fellis (quorum pulfus refpondent invicem & (f) vafa copulantur) arterias cæruleas fecit; (g) Cæterorum autem viscerum vafa aliis coloribus imbuat.

Extimarum corporis partium anticarum arteriæ (h) *Nimiakph*, pofticarum verò *Tokmiakph*, vocantur; utraq; (i) viridi colore illuminavit.

Harum momenta rerum Medicum (k) Chirurgumque noviffe oportet; quibus hæc edocendis variis coloribus vafa tinxit; in quibus fi (l) fallantur, infelices practici funt.

rendi putant; ubi in qualibet manu tres pulfus, difpofitionum in visceribus indices, ftatuunt, ac cuilibet pulſui duo viscera affignant; adeo ut ſi ſex duplicentur, duodecim evadant. Veluti ex profeſſo alibi docebo. (f) Hoc eſt, pulſantes arteriæ. (g) Horum nomina & temperamenta in tractatu de pulſibus dabo. (h) *Miakph* autem Japonicè pulſum ſonat. (i) Recentium in arboribus foliorum inſtar, inquietabat interpretes. (k) Nomine Chirurgi hic acupunctores, inſtores, & oculorum viria curantes vulgò oculiſtæ, intelliguntur (l) Vel etiam minimum *iota* prætereant: idcirco omne ſtudium impendunt & laborem Medici Sinenſes, ut arteriarum curſus, ſonus ac pulſus cum machinamentorum ac figurarum, tum etiam ſectiois ope exactè ſciant; reliquis anatomes partes parvi faciunt.

(d) Venas ſubintelligas & arterias; quæ communis eſt Sinis locutio: Sic Rufus Ephemus venas vocavit nervos. Foëſ. œcon. p. m. 428.

(e) Atque ideo Sinenſes Medici exiſtunt, viſcerum ſingularum & temperiem ex pulſibus poſſe dignoſci; namque omnium (principum ſaltem) viscerum arterias ad manuum carpos pro-

M

Idem


Idem ille *Quoteey* librum suum *Mi-  
endokio* postea auxit, & in eundem com-  
mentatus est, aneis figuris sua cura im-  
pressum; quem, tanquam sacrum gazo-  
phylacium, (m) suis tantum familiari-  
bus, non omnibus, donavit.

(m) Ut impe-  
ratorum judi-  
cia, quæ ple-  
rumque præ-  
judicia sunt,  
vitaret.

Hæc etenim documenta plurimis agris  
opitulantur; quare Medicus simul ac Chi-  
rurgus ad hæc accuratè attendat, si me-  
dicinam facere velit; quæ qui ignorat, in  
medendi arte jejunos est, imo quantum  
oriens ab occidente, tantum horum igna-  
rus à vera Medicæ artis cognitione,  
distat.

Figura

trahi puer; ubi in dextera manu res pulvis; dextera  
inferior indicat, hanc res de oculis pulvis; dextera  
superior in flexu dextera; dextera in flexu dextera;  
proinde alibi docedo. (( )) Hæc est pulvis; dextera;  
tum nomina & tum nomina in dextera & dextera;  
(a) dextera tum nomina pulvis; dextera;  
dextera tum nomina pulvis; dextera; (( )) dextera;  
Chirurgi hic acquirunt, indicat, & dextera; tum  
traxit, res oculis, indicat, (( )) dextera;  
tum nomina pulvis; dextera; tum nomina pulvis;  
laborem medicis dextera; ut dextera; tum nomina;  
tum nomina pulvis; dextera; tum nomina pulvis;  
dextera; tum nomina pulvis; dextera; tum nomina pulvis;



*Schema Japonicum.  
Quod à postica eadem quæ præcedens  
ostendit.*



## Figura Secunda explicatio.

Mensura quatuordecim (n) venarum.

Humidum radicale triplex est; videlicet (o) debile, & dicitur *Kis yn*; debilius, & nuncupatur *Tay yn*; & debilissimum, quod vocatur *Zo yn*.

(p) Triplex hoc radicale humidum in utriusque brachii arteriis residet; origo autem illius est a pectore ad brachium utrumque.

quod tanto efficacius est: Per debile autem frigidum humidumque notatur: atque tale est radicale humidum, ratione nativi calidi; quæ utraque si excessu defectu peccant, pugnant atque rebellant inter se, atque ita morbos producant; omnes etenim temperamenti morbi à calido innato & humido primogenio, vitiosis, excedentibus vel deficientibus, dependent. Humidum autem radicale (quod noctu imprimis prædominium habet, & est naturæ lunaris) atque calidum innatum (quod interdum dominatur & solaris est natura) est sicuti mas & femina, inquitur Sinæ Japonæque, si congruant; secus, hostium instar pugnant inter se. Respiciatur Hippocr. lib. 1. de diæt. §. 4. &c. & suo tempore tractatus de pulsibus. (q) Atque hoc unum & priusarium est ex hypotheticis Sinensium fundamentibus, quibus triplex (pro diverso viscerum, quorum naturam & indolem sapiunt, numero) uniuscujusque arteriæ in utroque brachio pulsus innitur: Quod hætenus maximum in Sinensium de pulsibus doctrina offendiculum videtur.

(n) Per venas promiscuè intelligitur cum Sinenses tum Japonenses arterias; hic autem arteriæ indignantur.

(o) Humidum radicale dicitur debile relative, videlicet respectu calidi innati.

M 2

Tay

*Tay yn*, five debilius humidum radicale : Cujus arteriæ in utroque brachio incipiunt à pectore, finiuntur in extremitate pollicis à parte exteriori.

*Zo yn*, five debilissimum humidum radicale : Cujus arteriæ in utroque brachio incipiunt à corde, finiuntur autem in apice minimi digiti, in parte exteriori.

(7) Hæc trium recensitarum specierum humidi radicalis fortissima est.

(r) Pes autem geometricus quilibet apud Japones decem latis pollicibus constituitur : Pollicis vero latitudo communiter apud illos mensuratur juxta longitudinem medii articuli qui est in medio manus digito. Arteriarum itaque longitudo metienda est juxta pedes dictumque digiti articulum illius subjecti cujus sunt arteriæ.

*Kits yn*, five (q) debile humidum radicale : Cujus arteriæ in utroque brachio inchoantur à pectore, desinunt in medio digito.

Harum autem singularum arteriarum ab initio ad finem longitudo est trium (r) pedum cum dimidio : Combinata autem omnium humidi radicalis arteriarum longitudo est pedum viginti & unius.


(7) *Jo* legunt Japones, Sinæ *yan* : iidem sunt characteres, varia pronuntiatio.

(7) *Jo* five *yan*, hoc est, calidi innati, in utroque brachio arteriæ initium sumunt à capite, desinunt in digitorum extremitatibus.

Triplex autem est *Jo*; videlicet *Jo me*, five calidum innatum forte; cujus arteriæ in utroque brachio incipiunt ab apice digiti indicis, & finiuntur in extremitate nasi.

*Tay jo*, five minus forte calidum nativum; cujus arteriæ in utroque brachio princi-

*Schema Japonicum.*  
*Quod ab antica corporis per omnem episcidem ambitum inuenda iboribus*  
*absq; variis affectibus loca A signat.*



principium habent à minimo digito utrinque, desinentes in interioribus oculorum angulis.

*Zo jo* five debilissimum calidum conatum; cūsus arteriæ in utroque brachio inchoantur ab annularium digitorum, nempe in utraque manu, apicibus, finiuntur in exterioribus oculorum canthis.

Harum autem singularum arteriarum longitudo (t) quinque pedibus sigillatim absolvitur: Quæ unâ comprehensæ dimensiones in ternis arteriis ab utroque brachio triginta pedum longitudine mensuratur.

(t) Quæ longitudo in arteriis, cum humidi radicalis tum calidi nativi, differentia ex

arteriarum magis minusque contortis mæandris & locorum distantia procedit.

Cum in brachiorum tum in pedum arteriis triplex ille & nativus calor & radicalis humor dominatur.

*Pedum arteriis inest*

1. *Jo mē*, five fortis calor innatus, cūsus origo à naso, finis in extremitatibus digitorum pedum intrinsecè est.

2. *Tay jo*, five minus fortis calor nativus in utriusque pedis arteriis exorditur ab internis oculorum angulis, definit in extrinseca minimi digiti pedis utriusque parte.

M 3

3. *Zo*

3. *Zo jo*, five debiliffimus calor con-  
natus in utriufque pedis arteriis incipit ab  
interno oculorum cantho, finitur inter  
penultimum & antepenultimum pedis  
utriufque digitum.

Harum arteriarum qualibet octo pedes  
longa eft; adeo ut fex arteriarum in u-  
troque poplite longitudo fit quadraginta  
octo pedum.

Triples quoque in utriufque pedis ar-  
teriis eft humor radicalis, videlicet,

1. *Tay yu*, five debilior humor radi-  
calis in utriufque pedis arteriis inchoat à  
pedis pollice, definit in liene, hinc in fto-  
macho.

2. *Zo yu*, feu debiliffimus humor pri-  
migenius originem fumit à corde, finitur  
in renibus, hinc in vefica.

3. *Kit yu*, five debilis humor radicalis  
in utriufque pedis arteriis incipit à pedis  
pollice, definit in hepate, hinc in veficula  
fellis.

Cujuslibet harum arteriarum longitudo  
eft fex pedum cum dimidio: quod in  
utroque latere (*utrinque enim tres arterie  
numerantur*) novem & triginta pedes facit.

(u) Per quas  
hic arterie  
intelligendæ  
diſtunt.

Sunt itaque duodecim (u) venæ, quibus  
funt; promittunt enim fumunt Sina ut fapius  
diſtum.

totidem



totidem calores innati, totidemque humores radicales infunt.

Haftenus de internarum arteriarum, cum caloris nativi tum humoris primogenii speciebus, illarumque longitudine.

Sunt praeterea duae (w) venae externae, nempe *Yn Kio* & *Jo Kio*.

(w) Hoc est, arteria.

*Jo Kio*, five caloris nativi arteria in externo poplite incipit ab extrinfeco malleolo & definit in oculis.

*Yn Kio*, seu humoris radicalis arteria initium sumit ab intrinfeco malleolo, finitur itidem in oculis.

Cujuslibet harum arteriarum longitudo est septem pedum cum dimidio; quod in utroque latere quindecim efficit pedes.

Sunt praeter has duae etiamnum (x) arteriae externae, *Tok miak* videlicet & *Nim miak* appellatae: Quarum illa à perinaeo incipit, & anticum corporis pertransiens in supremo labio infra nares definit: Hæc autem eadem origine surgens posticum corporis perreptat, eodemque loco finitur. Utriusque longitudo quatuor pedum cum dimidio est; quod summatim novem facit pedes.

(x) Arterias voco, quoniam hæc nomen à pulsu fortiuntur: *Miak* enim Japonibus pulsum notat.

Alia insuper dantur (y) sanguinis vasa, jugiter juncta invicem, videlicet, *Kee miak* & *Rak miak*: Utriusque autem numerus duodenarius est.

(y) Hic de novo de vasis internis sermo est.

(z) Hic ob- (z) Primum genus, quod (a) animam  
 scurior erat habet, 162 pedes longum est.  
 meus ille in-  
 terpres, textus sensum hic non probè capiens, nedum explicans:  
 Hoc autem vasorum genus arteriale opinor. (a) Per animam  
 vitales spiritus, qui (supposita earum præsentia) in arterioso  
 sanguine magis copiosi fortisque sunt, hic intelligi debere ominor.

(b) Hic venas Alterum, quod (b) anima privatur, 365  
 indigitari sus- pedes sua longitudine æquat.  
 picor, qui-  
 bus vitales illi, si qui sint, spiritus parciore & debiliores sunt:  
 Per privationem autem hic minorem copiam intelligi cenfeo.

*Kee miak* (quod est primum illud genus)  
 (c) Hoc est, (c) secundum naturam calidum nativum  
 Hæc quidem & radicale humidum, in suo sanguine  
 mixta ac in- mixtum temperatumque habet: Ubi ve-  
 ter se tempe- ro alterum altero fortius debiliusve est,  
 rata neque præternaturalis exoritur diathesis.  
 conspicua sunt, neque  
 hominem lædunt: Ubi vero quid horum secretum fuerit, atque  
 ipsum in seipso fuerit, tunc & conspicuum est & hominem lædit.  
 Hippocr. de veter. Medic. 6. 24. & seq.

In quibus autem hæc ipsa vasa iisque  
 contentus sanguis conjunguntur, fortiores  
 sunt.


Sanguis arterialis (*Kee Miak*) secun-  
 dum naturam calidum nativum in se ha-  
 bet, ferturque sursum.

*Rack Miak* verò humidum irradicatum  
 in se habet, ferturque deorsum.

Qui motus si æqualis sit, corpus sanum  
 efficit.

De

DE  
ACUPUNCTURA.



## PRÆFATIO.

\* **C**ornelius Celsus Chirurgia magistri requisita his verbis appositè descripsit ; Ut sit adolescens aut certe adolescentia propior, manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente, eaque non minus sinistra, quam dextra, promptus, acie oculorum acri, claraque, animo intrepidus, immisericors, sic ut sanari velit eum quem accepit, non ut clamore ejus motus, vel magis quam res desiderat, properet, vel minus, quam necesse est, fecet ; sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur. Verum ut quis omnem Chirurgia paginam absolvat, pluribus insuper adminiculis opus haberet ; in omnibus ferme mechanicis artibus versatus esse deberet ; quapropter Græci hoc medendi, quod manibus perficitur, artificium χειρουργίαν manuūve operam καὶ ἔργον, hoc

\* Præfat.  
lib. 7.

## Præfatio.

hoc est, artium artem, nuncuparunt. Quippe si Chirurgus fabrilem in lignis artem calleret, terebris, trepanisve, cuneis, raspatoriis, elevatoriis, forficibus, ferris, aliisque instrumentis aptius uteretur. Utitur terebra in cranii fracturis, &c. ut grumescens sanguis vel pus, cerebri meningis premens, exitum inveniat: Modiolus autem hic vel mas dicitur, qui in umbilico clavum obtinet, vel fœmina, quæ eodem orba est; manubrium ejus est vel cum vertibulo, quali clavorum foramina terebrat lignarius faber, vel sine tali, sed firmo stipite crucis, acephali instar formatus, qualem ænopole ad doliorum perforationem adhibent. Utitur triangulari terebra in calvarie fissura, qua utramque tabulam haud transit: Utitur cuneis, ut acuta cranii fragmina demat, manuum pedumve emortuos digitos, &c. amputet: Utitur raspatoriis & lenticularibus organis, ut cranii nigricantem cariosamve vel putridam portionem & asperam dedolet, ejusdem rimam, an ad cerebri membranam penetret, pervestiget: Utitur elevatoriis, ut partes calvarie fractas & dura matri incumbentes in pristinam sedem reducat: Utitur uncis, volsellis, forficibusque dentatis,

## Præfatio.

tis, putatorius, excisorius, extractorius aliisque, ut dentes evellat, vesica calculum eruat, mortuum ex matris utero factum extrahat, calvaria segmina extricet, tela plumbeosve globulos auferat, piscis spinam ossiculive fragmen è faucibus eximat, ossium assulas squamulasque è vulneribus educat, aliosque transfert ad usus: Utitur ferris, ut sphacelatum membrum extirpet; nisi (b) Leonhardi Botalli instrumentum substituere malit, quo uno actu & ictu carnem simul cum osse rescindat: Utitur porro ferris, ut quadam cranii eminentia ossicula defecet.

Eo ergo pacto Chirurgus humanum corpus quo faber sua ligna, sepe numero tractare debet; sed tanto majori prudentia, quanto excellentiori dignitate homo, ad Dei imaginem formatus, ligni fragmini anteferendus est; quoniam quod semel de humano corpore sincerum abstulit manuaris artifex, illud, uti faber ligni segmen, resarcire vel apponere (nisi curtorum ille magister revivisceret Taliacotius) haud potis est.

Si autem fabrile in ferro opificium sciret Chirurgus, varia in sua arte instrumenta adinvenire, multa emendare, & quæ usu invaluere ipsemet conficere, posset:

(b) P.m. 790.  
edit. Batav.  
descriptum.

## Præfatio.

possent: Prælustres etenim Chirurgia Doctores hanc haud detrectarunt manuum operam, ut aptiora ac commodiora organa, aliis vel incognita, vel saltem inusitata, possiderent; Id suo exemplo testatus est Hippocrates, ut Juliani Imperatoris Archiater Oribasius peculiari in codice de veterum instrumentis Chirurgicis demonstravit; Idem magni fecit Celsus artificium, qui elegantia & probata experientia scripta sua novis quibusdam instrumentis locupletavit. H. F. ab Aquapendente, M. A. Severinus, & G. Hildanus inter recentiores hac instrumentorum inventionem & administrationem inclaruerunt: Pleraque horum tanquam in indicem redegit J. Scultetus in suo armamentario Chirurgico. Si fabrile in ferro opificium nosceret Chirurgus, variformia instrumenta excogitaret, quibus distortas & male natas factasve partes in convenientem ac naturalem situm ac figuram reduceret, ut curvos & gibbosos restauraret; ex corio ocreas, ut obliquas tibias corrigeret; idonea magis herniis deligacula aliisque omnigena fabrefacere valeret, qua hodie peculiare artificia (operatores vocant, qui in nobilissima hujus artis contumeliam nihil aliud præstant) nacta sunt.

Si



## Præfatio.

Si sartorium opus exercere nosset Chirurgus, acu filoque dexterius uti, incidere forcipe, nodos (nauticos, textorios, pastorales, lupos, &c.) affabre complicare posset. Utitur filo instructa acu, ut vulnerum labia, labia leporina consuat, setacea figat: Utitur acu, ut suffusam oculis pelliculam deponat: Utitur filo, ut Sextum digitum vel similia pondera inutilia, pendulas verrucas, aurium oculorumve fungos, umbilici excrescentiam, &c. decurtet. Quotiens autem forcipe non utitur Chirurgus? non modo in mollibus, sed & duris, partibus, non modo in carne, sed & in ossibus aperiendis, separandis, incidendis excidendisque. Sed ne singula instrumenta eorumque usus acervatim consarcinem, solam acum, ejusque utilitatem, describam, acum haud omnigenam, sed talem, qualem nec sutor nec sartor unquam vidit, nedum tractavit, Europeanus. Quapropter in antecessum acûs differentiam obiter examinare liceat.

Acus ergo differt, vel ratione materiae vel formæ, vel usus, vel temperamenti.

Materia est vel aurum; tali acu in polypo narium utuntur Chirurghi; vel argentum, hac oculorum cataracta deponuntur;

## Præfatio.

nuntur; vel ferrum sive chalybs, qua vulnere labra, labra leporina consuntur; vel plumbum, sic specillis utuntur artista plumbeis, ad obliquas & sinuosas ulcerum fistulas perquirendas.

Forma est vel rotunda vel angulata, sive trianguli, sive quadranguli figuram imitetur, sive recta, sive curva (quali Anatomici, imprimis ad vasa sanguinis deliganda utuntur) vel acuta, vel obtusa, vel oculata, vel cæca, &c.

Usus ratione multifariam differt actus; sic alia ad demendam oculorum suffusionem, uti apud A. Pareum, H. F. ab Aquapendente, J. Scultetum, T. Fienum, aliosque videre est: Alia (cava videlicet) ad exsugendam eandem oculi pelliculam adhibetur; quod primum Arabs Albucasis experimentum invenit; quamvis T. Fienus opinetur, ridiculum illud esse, quoniam oculorum aqueum humorem prius absorberet organum hoc; nihilominus de mirabili ejus præstantia ac successu gloriatur Fr. Jos. Burrhus in epistola ad T. Bartholinum, in qua inventionem hujus cuidam Rocho Maithiolo, Ferdinandi Archiducis Austriae Medico, attribuit; qui arundinacea

## Præfatio.

nacea acu canalive (per quem exiguum  
ducebat stylum) oculum perfodiebat,  
ut facta hac apertura suffusionis mem-  
branulam ore attraheret; ast quoniam  
haud semper voto respondebat operatio  
isthac, author illi fuit Barrhus, ut per  
(c) *eneum tubulum stylum, ex tenui-*  
*buis auri filis confectum, transmitteret,*  
qui in oculum adactus & sua cus-  
pide dictum canalem jam egressus, subtilia  
ac acuta sua fila expanderet; catara-  
ctamque in multifida filamenta inciden-  
do dispartiret. Acu porro purulenti  
transadiguntur oculi, quod alii scalpello  
perficiunt: Acu narium polypus perfo-  
ratur & inuritur; cuius loco, affabrè  
factus forceps incisorius hodie usurpa-  
tur; quod H. F. ab Aquapendente  
organum (d) Scultetus depictum exhi-  
bet: Acu ora leporina, scarificata, con-  
suantur, uti (e) Joh. van Horne succin-  
ctè explicat: Acu in nucha figuntur setacea,  
sicuti ab (f) Hildano, (g) Sculteto  
aliisque docetur: Acu cava sine acuto  
tubulo asciticorum ventres perforantur,  
uti apud (h) Barbette patet. Acu scro-  
tum pertunditur aqua suffarctum; ita  
refert (i) Iulpius de quodam hydropi-  
co, cui utraque sciti (quod ad virilis  
capitis magnitudinem prope accedebat)

(c) Horum  
imagines in  
append. ar-  
mam. Chi-  
rurg. Sculte-  
ti tab. 13. re-  
peries.

(d) Ibid. (3)  
tab. 31.  
vol.

(e) Ibid. tab.  
31.

(f) In sua  
microtechnè.

(g) Cent. 1.  
obs. 40. & seq.  
(h) Arm. Chir.  
tab. 32.

(i) Chirurg.  
cap. 14.

(j) Observ.  
39. lib. 2.

N

pars;

## Præfatio.

pars, vitatis curiosè venarum furculis, acu argentea adaperiebatur, ut cottidie inde fermè exstillarint octo vel decem liquoris uncia; intermissa autem illa acupunctura ob imbecillitatem, non modò scrotum, sed & totum abdomen usque eò protinus intumit, ut non modò non potuerit in cubili decumbere, sed ne quidem in sedili desidere; acus hæc cum requisita manuum opera (quæ forsitan in hydrocephalo non malè adhiberetur) describitur, depingiturque apud (k) Scultetum: Acu hiulca vulnerum labia consarcinantur; ubi Celsus vult, ut filum molle & non rigidum contorqueatur, ut tantò mitius carni inhaereret; Hæc Rhodius (qui scrupulos tollere studens, se & alios majoribus difficultatibus implicat) sollicitus fuit, quid per illam Celsi aciam intelligendum sit: Acu hydatides perterebrantur. Denique in clausulam operationem adjungam mirabilem acu peractam à dextro ac audaci Chirurgo Parisino in Fabro ferrario, cui inter rixandum convexa manus superficies vulnerata erat, ut plerique superiorum musculorum tendines disscinderentur absque ulla motus resarciendi spe, uti adstantes judicabant artifices; quoniam partes illæ seminales trans-

versis

(k) In append. arm. Chirurg. tab. 10.

## Præfatio.

versim dissecti fuerant; attamen manuaris ille artifex opus aggressus est, vulnus tantopere dilatans, donec lesi tendines visui manuique se conspicuos præberent, quos triangulâri acu resuebat, & internascente callo ita consolidabat, ut afflictæ partis motus in integrum restitueretur, non sine magno ægotantis, qui manu panem lucrari debebat, gaudio, nec sine ingenti Chirurghi honore, qui strenuum hoc opus primus perfecit, ut oculatorum testium fide illic loci mihi constitit.

Denique differt acus ratione temperiei; frigida usus jam maximam partem recensitus est; candens verò in narium polypo, quandoque in nuca setaceo, aliisque casibus ac locis usurpatur.

Sed ab hisce singulis plurimum differt, de qua hic breviter agere constitui, acus: Hæc, non in posthumam Principis gloriam erecta pyramis, sed ad labefactatam hominis sanitatem restaurandam, fabrefacta, neve in encomium, superbi trophæi, sed ad communem valetudinis nostræ hostem (corruptum corrumpentemque flatum) profligandum facta est, non in unicum simplicemve usum, uti cetera, excogitata est; sed hæc nostrâ feritur pariter & pungitur, atque torquetur.

N 2

Hæc

## Prefatio.

(m) Fari  
enim Japo-  
nicè acum  
designat.

Hac qui utuntur Sinis Xinkieu, Japonibus (m) Farritate, appellantur, peculiare apud illos artifice; quam in difficilibus morbis ipsi Medici acui manum admoveant: Hi autem acupunctores iidem communiter apud Japones sunt qui inustores; quorum in officinis, ut supra relatam, lignea prostant effigies, quæ distinctis variegati coloris punctulis notantur, quibus singula cum Moxa urenda tum acupungenda loca discriminantur: Quamquam nostratium profectores hæc fortasse parvi faciant, utpote nostræ artis legibus in plerisque haud consona; non tamen ita temerè rejicienda sunt, quæ tam longa experientia suffulta & acutis satis ingeniis excolta sunt; non dissimulanda etiam circa hoc artificium in illis nationibus superstitio, dum prævaricationis culpam in cognitionis & experientia defectum rejiciunt, antiquitati unice litantes; nec placet aliorum inconsultum contradicendi studium; quocirca cui generale præceptum sufficit, sequatur superius allegatum Hippocratis dogma, crebra eventuum certitudine stabilitum; Ubiunque infederit dolor, urito; ad ego, ubi necesse est, pungito, pungito

## Præfatio.

gito ac urito ubi arteria maximè pulsant; quod eger doloris sensu, Medicus pulsum in loco affecto tactu, dignoscere potis est.

Qui autem Sinarum Japonumque formulas imitari recusat, proprio Marte observationes in acupunctura hac practicas in variis colligat, priorum emendet, suas firmet: Etsi enim secundum nostratum doctrinam, alias, qualem dictæ gentes sibi præfigunt, sit vaporum contextus, reticularis tamen est, sicut superius attigi, uti fibra in Vegetabilis cujuspiam folio à majore incipientes, ad minores proserpentes, in minimas retiformiter, & tandem in pelliculas uniformiter desinunt; aded ut ubi anatomicas culter vasa detegit, adhuc occulti sanguinis surculi, frequentia noxtorum flatuum latibula, delitescant. Sed de his in precedaneis satis.

Sunt etiam aliæ, præter dictas, nationes quæ in consimilibus quibusdam casibus tali fere acu, sed minori cum dexteritate, utuntur, uti incole Arracan & magni Indostan regni: Memorat etiam obiter de hac acupunctura (n) Bontius: Japonæ autem præsertim in ventris, stomachi, capitisque doloribus à flatibus, & insuffusionis exor-

(\*) In Med. Ind.

N 3 diis;

## Præfatio.

*diis; ut illarum partium perforatione referato vento exitus concedatur (eodem quo farcimina modo, dum in lebe cocta crepaturam minantur, perforantur, ut expansivus flatus abeat) prout in tympanitide vel flatulenta ascitide, dolore colico, &c. usui venit:*

(o) In append. armam. Chirurg. Sculpti.

*Ita refert (o) Lamsweerde, ubi de intestinali hernia tractat; Cum intestina flatibus distendantur, qui debitam manuum operam impediunt, acu perforari cum commodo ilia, ut flatus ille avolet.*

*Hujus igitur acus, quam Japonenses usurpant, energiam breviter & minori cum molimine, quam acus magnetica vires subsequentibus aphorismis describam, quibus si quid adinvenero postmodum veritatis, amanti Lectori lubens impertiam.*


---

DE



Acus Japonum Chirurgica cum suo malleolo. &.<sup>te</sup>

FIG. 6.



Quorum hic docet usus & fabrica .

DE  
ACUPUNCTURA.

(p) **A**cus fit longa, (q) acuta, (p) Quoniam  
(r) rotunda; cochleatum aliquando  
habeat manubrium; (s) con- profundius  
ficiatur ex auro, rarius ex infigitur.  
argento, nunquam ex alio metallo. (q) Ut ex-  
peditus perforet.

(r) Ut facilius contorqueatur; ideoque ejus manubrium cochlea-  
tim fabrefactum est. (s) Confiuntur optima in infula *Corea*,  
& in Japonia emporio *Kio* five *Miaco* præstantiores veneunt;  
non quod tanti fit artificii, has fabrefacere acus, sed, uti ego  
putem, quia in metalli temperie quædam ars latet.

Acus in affectam partem adigenda vel  
simplici punctura, vel contorfione (quæ  
indicis pollicisque apicibus) vel leni cum  
(t) malleolo impulsu; pro natura (u) mor- (t) Malleolus  
bi vel constitutione (w) partis pun- hic fit ex ebo-  
genda. re, ebano vel  
alio duriore

ligno; ejus orbiculus utrinque lævis vel foraminulis leviter ac  
tantum superficie tenuis exculptus, quibus superior acus pars  
queat excipi; illius manubriolum finu excavatur, quo conditur  
acus, sericeo circumvolvenda loramento, vel annulo firmanda.

Utriusque imago hæc est.

(u) Si enim flatus partibus alius inhaereant, penitus imprimenda  
acus est, & contra. (w) Cutem quippe duram non adeo facile pe-  
netrat, quam mollem, acus; Dein partes nervosæ non ita profun-  
dè, quam carnosæ, pungendæ sunt.

N 4

Acus

(x) Nisi aliud exigat necessitas; communiter autem ad laci circiter digiti profunditatem.

(y) Præsertim ubi perversè se versat cum matris debilitate foetus.

Acus affecto loco (x) leviusculè imprimenda; Excipiuntur quædam capitis vitia, in quibus ad ipsum cranium acus aliquando infigitur; item (y) aliquaæ uteri affectiones, in quibus ipsa matrix nonnunquam perforatur.

(z) Hoc est, inspiratio- num & expira- tionum, una com- prehensa- rum; illa enim tem- pora computandi ratio apud Sinenses & Japonenses Medicos usualis est.

Acus triginta (z) respirationum spatio in parte puncta detineatur, si facile ferat æger; sin minus, eximatur denuò, & de novo iteretur punctura, vel ter vel quater, quandoque etiam quinque sexiesve, si facile ferat æger & morbus sit tenax.

Dum acupungitur, agrotus jejuno sit stomacho.

Si morbus sit gravior, pungito profundius.

Adultos, quam adolescentes, senes quam juvenes, pungito altius.

Pingues qui sunt & carnosì, pungito profundius; è diverso qui teneri.

Acupunctura imprimis infimi & supre- mi ventris morbis inservit.

Caput pungito, cum cephalalgia, so- pore, epilepsia, ophthalmia, aliisque (à malignis flatibus ortis) infirmitatibus affigitur.

(a) Ab-

(a) Abdomen pungito in colico dolore, dyfenteria, anorexia, affectione hysterica, corporis à crapula perturbatione, artuum doloribus & ventris.

(a) De hac acupunctura Jac. Bontius lib. 5. Histor. suz natur. cap. ultimo, quod

sic inscribit; In quo natura quedam opera miraculosa posteris Iatrosophis ulterius indaganda proponuntur; hunc in modum effatur; Quod autem in Japonia narrabo fieri, miracula ipsa superat; (non tamen veritatis fidem) in doloribus capitis antiquis (imò & recentibus, à flatibus præsertim ortis) in obstructionibus hepatis & lienis, in pleuritide quoque (aliisque morbis, uti hic videre est) perterebrant (& pertundunt) stylo (acu, potius dixerit) argenteo, aut è chalybe confecto (verius ex auro) non multo crassiore, quam cythararum chordæ esse solent (in hoc admodum fallitur bonus author) transfadigendo paulatim & lentè prædicta viscera, ne altera parte stylus exeat: Quod ultimum relationis punctum à veritate planè alienum est; uti ex dictis abundè colligere est.

Uterum gravidæ acu pungito, ubi foetus ante justa partus tempora nimio opere movet, unde horrendos sentit mater dolores, ut sæpe in discrimine vitæ versetur: Pungito autem foetum ipsum acu longa & acuta, ut punctura terre factus ab enormi & periculi pleno motu desistat.

(b) Loca nervosa pungito \* levissime, carnosa profundius.

(b) Nimirum quibus vel insignes nervi,

vel musculorum tendines, vel nervosa ligamenta, è directo subjacent: Id enim cautè observant acupunctores. \* Quoniam in nervosis partibus acupunctura non modo admodum dolorifica, verum etiam periculi plena est; uti probatæ fidei exempla docent varia apud Pareum, Hildanum, aliosque; ideoque Japones iis in locis summa cum circumspectione acum adigunt, vix ultra quam eutem perforantes, ut communis ille doloris author exantletur.

Acu-

Acupunctura igitur sequentibus in universum affectibus adhibetur (authore interprete meo, de quo alias, *Morrongi Sodaio*) videlicet, Capitis dolori, vertigini, oculorum lippitudini ac suffusioni, apoplexiæ, spasmo cynico, emprosthotoniæ, opisthotoniæ, *κίτριον*, nervorum convulsionibus, epilepsiæ, gravedini ac rheumatismo, febribus intermittentibus simul & continuis, melancholiæ hypochondriacæ, intestinorum lumbricis & ex iisdem orto dolori, diarrhœæ pariter ac dysenterici, cholera morbo, imprimis verò passioni colicæ aliisque ex flatibus natis intestinorum malis, lassitudini spontaneæ ex (d) flatibus itidem ortæ, (e) testiculorum inflationi, (f) Arthritidi, ac denique gonorrhœæ.

(d) Hic Japones simul ac Sinæ Hippocratici sunt, juxta illam doctri-

nam, quam D. Senex lib. de flat. tradit; Flatus enim sæpiusculè inter cutem & musculos cacos ac patentes sibi per cuniculos (quales sub scapulis haud exigui sunt) vagantur, ac multotiens laniationes vel etiam artuum lassitudines excitant; veluti accuratius, quam nostrates, animadvertunt cum Japones tum Sinæ, sicuti ex supradictis prolixius videre est. (e) Hæc testiculorum inflatio, Japonibus *Sinhi*, peculiaris (imprimis luxuriosis, ut plerique sunt) morbus est: Hunc corporis rigor ac febris testiculique afficiendi dolor antecedit; quæ mala si intendantur, præternaturalis ille diminuitur tumor, de quo alias; multi enim immensæ quandoque magnitudinis tumores hi (qui corpora ut plurimum extenuant, vires rarò imminuunt & incessum ratione amplitudinis & gravitatis impediunt aliquantulum) in Japonia passim occurrunt: imò & nostratium aliqui, si diutius in his terris hæserint, hoc quandoque malo infestantur; quod in principio exigua ope tollitur, inveteratum difficillimè: Enimvero differt hæc acupunctura ab illa, cujus supra ex Tulpio memini. (f) Imprimis vagæ: Vera enim profunde nimis delitescit, ut ad ipsos flatus, Arthritidis authores & dominos, acus, nisi magno cum incommodo penetrare nequeat.

In

In enumeratis affectibus ea pars acupungenda est, ex qua originem trahit morbus; quod ex appositis schematibus, fidelius tamen ex ipsa praxi, addiscere datur.

Qui naturæ sunt debilioris, in abdomine, qui verò fortioris, (g) in dorso, acupungantur. (f) Vel lumbis, [si] res ita ferant.

Ubi pulsus vel vix vel difficulter sentitur, acupungantur brachia juxta venas.

---

Epilogus.

---

## EPILOGUS.

Hæc sunt quæ de acupunctura, Europæis incognita, ex Japonum monumentis & doctrina expiscari, & non sine multis impensis, communicare, potui; quæ si ipsa praxi comprobatis, aliisve vel melioribus, ipsa *ἐγγείνησι* firmatis, observationibus locupletaris, sagax lector, impensè gaudebo, & hos meos iterum fructus aliquantulum sapuisse. Loca pungenda acu in supra positis tabulis Sinicæ vetustatis & Japonensium imitamenti exemplaribus, contuearis; quæ si ad anatomes exactitudinem ubique non sint concisa, nata apud Sinas judices, quibus ars illa vilescit, si sanguiferorum vasorum structuram sanguinisque circularem motum excipias: Acupuncturam autem hanc tanti faciunt Japonenses, ut in peculiarem artem inter illos redacta sit, quam qui exercent, *Farritate*, id est, acupunctores, si verò insimul inustionem cum *artemisiæ* stupis, ut plerique assolent, adjungant, *Farravys tensas* Japonico, Sinico idiomate *Xinkien*, supra appellavi; quorum ædes, ut supra notavi, hac nota dignoscuntur; in vestibulo domus ex ligno ad humanam similitudinem sculpta stat imago, in qua acu pungenda & inurenda

inurenda loca artificiosè delineata sunt ;  
 Quippe illorum Doctores Medici non ni-  
 si necessitatis tempore vel apud majorum  
 gentium ægrotos has operationes ipsimet  
 absolvunt ; quas venæsectioni, ut superi-  
 us monitum, sæpenumero substituunt ; il-  
 lam enim utrique, veluti jam dictum,  
 execrantur, quoniam uti illi existimant,  
 cum vitioso laudabilis quoque effunditur  
 venarum apertura sanguis, tantumque vi-  
 tæ fundamini subducitur, quantum sani  
 sanguinis detrahitur ; quapropter sangui-  
 nem sua à colluvie solummodo mundare  
 satagunt, maximè autem à flatibus (g) qui  
 in omnibus quæ corpori accidunt prin-  
 cipes authores & domini sunt ) quos idcir-  
 co *Moxæ* comburio & acupunctura  
 ( præcipuis Japonicæ Chirurgiæ capitibus )  
 exantlare ac dispellere student.

(g) Uti sæpius  
 ex Hippocr.  
 libr. de flat.  
 §. 4. allatum  
 est.

Corolla-



## COROLLARIUM.

**N**Oster in aulico itinere conductor, Japonensium Imperatoris miles praefidiarius, holocaustum egressus admodum incaluerat, sedandæ siti gelidam bibens affatim; unde stomachum, sine ullis laterum molestiis, ingensprehendit dolor, qui per aliquot dies ægrum, cum infimul ob nimiam cibi potusque ingluviem, tum ob maris insuetudinem, unde nausea crebra vomitusque; quibus medendis primò vinum Japonicum cum Zinzibere excalesfactum sumpsit, sed sic dolorem non sustulit, culpans reclusum pertinaciter flatum; quocirca ad acupuncturam devenit, quam hunc in modum (& ex eo de reliquis judica Lector) me præfente sibi ipsemet administravit; dorso incubans sinistrum abdominis latus supra pylorum quatuor diversis in locis acum (cujus cuspidem eum in finem primorum digitorum apicibus circumspectè continebat) adegit, quam dum malleolo feriebat (ipsius enim duriuscula cutis erat) comprimebat anhelitum; cum autem ad  
(b) pollicis


(b) pollicis ferè latitudinem adacta effret acus, tortuosum illius manubrium circumvolvit; pertusum acu locum digitis preffit; extractam verò acum nullus sequebatur sanguis, levissimo puncturæ indicio residuo: Hinc levatus curatusque evasit.

(b) Quandoque enim magis, quandoque minus profunde, pro morborum, partium affectarum & temperamenti diversitate, acus adigitur.

---

D I S.

---




Discurfus Navigatorius  
D E  
C H Y M I Æ  
E T  
B O T A N I Æ

Antiquitate & Dignitate,

Quem Anno M D C L X X I V . ix . Ka-  
lendarum Martii in Auditorio Anato-  
mico, quod est apud Jacatrenses Bata-  
vos, habuit

Wilhelmus ten Rhyne Transifalano-  
Daventriensis Med. Doct. &c.

Dum Anatomicas prælectiones pub-  
licè auspicaretur.



Amplissimo, Consultissimo  
V I R O,  
D. NICOLAO TULPIO  
Amstelædamensis Reip.  
EXCONSULI  
A C  
SENATORI  
Nunc Illustr. & Præpotent. D.D.  
HOLLANDIÆ  
E T  
WESTFRISIÆ  
Delegatorum Ordinum  
COLLEGIO  
Adscripto :

Patriæ Patri, alteri Nestori, orbis  
Æsculapio, bonorum Mecænati.

Vir Spectatissime,

**C**UR in vastissima aquoris abyſſo  
(ubi nullum ferri effluuium, ne-  
dum cum magnete contactus,  
est) nautica declinet acus? nisi forsari

O 2

18

## Epistola Dedicatoria.

innatam suique vix constantem ætheris  
virtutem hujus incertitudinis directricem  
dicant : Cur longe diffiti hominum animi  
mutuis passionibus percellantur, & pari  
voluntate concinant ? tametsi emissitias  
primi elementi moleculas & configuratas  
pororum cavernas consulant, latet eti-  
amnum acutissimos naturæ mystas. Enim-  
vero in apertoratio est, & undiquaque,  
etiam apud exterarum gentes, per ora vi-  
rum dispersa ; Cur tuam propter vir-  
tutes, propter merita, fortunam colant :  
Ubi propinquiores animi beatitudinem,  
regiminis prudentiam, medela felic-  
tatem, per tot annorum series, per tot  
experientiæ casus, probatas, votivis  
animis non minus admirantur, quam  
venerantur ; ego insuper, à patrio licet  
plurimum distem solo, naturalia ac ele-  
borata beneficia tua vigilantissimâ devo-  
tione celebros, & dum spiritus hos reges  
artus, humilis amplectar : Quippe cum  
avidissima novarum rerum cupido in  
longinquas me exciret terras, cum fer-  
me nutanti patriæ mala omina minaba-  
tur ineluctabilis fatorum vis, & bel-  
lici incursus ad pressos tyrannidis jug-  
meos aditum negabant, plorabundumque  
mutuo frustrabant solamine, haud tra-  
sitorius erat mihi affectus tuus, consu-  
tissim

## Epistola Dedicatoria.

tissime vir ; quo fretus umbratilem tor-  
vo Mavortis adspectui subduxi vitam,  
ut peregre Musarum consortio fruere  
liberius, atque eminus me pium patriæ,  
pium parentis, ac gratabundum benefa-  
ctorum (quos inter meritissimo de hu-  
mano genere & præsertim de omnibus  
bonis, civi tuo, Clarissimo D. Theodoro  
Ketjes, conterraneo ac patrono meo, pri-  
mas defero) sisterem cultorem ; tum,  
ut, quam inter Batavos dicaveram  
agris opem, huic, luxurianti in novi-  
tatibus, ævo, locarem ; sed, quod ca-  
put rei est, apud seros Japonas, ulti-  
mosque Seras illustriss. Societatis, no-  
stræ principis & faultricis, famæ ac  
emolumento, sicque meo officio, studerem.  
Verum vix patriâ solutos à tergo nos  
sequebatur dira lethi strages, premebat-  
que juncto funere funus : non secus ac  
perculsa gemebant in patria pecudes, &  
inexpletos novalium sulcos implebant  
cruore suo : Nihilominus è calamitatum  
cineribus vegetius fiducia lumen, pro-  
deunte BONÆ SPEI crepuscula, emer-  
sit : sicque dehiscens periculis  
procellis & multiplici nece tenebris,  
omnem pavoris nebulam dispulimus, ma-  
lesuada febris semina, etiam in nativi-  
tate, ( alexipharmacorum antidotis suf-



## Epistola Dedicatoria.

(a) De provi-  
dentia.

focare satagentes : Ubi nociva toxici  
tela, a quibus vix tutus unus, ipsemet  
non semel persensi ; tum inter multa  
cogitationum magnifica hæc Demetrii  
vox, præcone (a) Seneca, vibrabat in  
auribus meis ; Nihil mihi videtur in-  
felicius eo, cui nihil unquam evenit ad-  
versi. Enimvero ad dictum Bone  
Spei promontorium anhelam de refocil-  
latione expectationem sativimus super-  
flites, inter steriles arenas, mirisque  
eremis informes terras, vastaque mon-  
tium, Dominorum nostrorum (quibus  
generosus Gnatus tuus optimo merito  
accensetur) suis abunde prospicientem  
clientibus benevolentiam, quam cum  
terre sinibus dimeticbamur, grato acci-  
pientes animo manique ; Ubi durissi-  
ma indole omnem etiamsi eluctatæ hu-  
manitatem gentes, Hottentottos vocant,  
perillustris Societatis imperium refor-  
midant. Ast ad felicem in facatæ ri-  
pa Bataviam festinabamus ; Ubi impe-  
ricosa optimatum nostrorum majestas  
(que non habitu, ad mollis elegantia  
novitatem correcto, sed secularium con-  
stantia vestium decoratur, quæque na-  
tiva regnandi dexteritate emicat) ho-  
stibus fugam, terrorem Barbaris, exte-  
ris formidinem, civibus amorem, sub-  
jectis

## Epistola Dedicatoria.

jectis reverentiam, paribus emulationem,  
Majoribus satisfactionem, seque digna  
praemia alumnis; mihi denique, ad tantae  
majestatis nitorem caliganti letam obedi-  
entiam, & si privatos spectem Lares,  
benignum Mercurii caduceum, multos a-  
micos, conciliabat: Hic, ne silentio  
vitam transirem, dum navium in Ja-  
poniam emissionem praestolabar, benefica  
nostrorum Primitium auctoritas mihi  
injunxit, ut in Chirurgorum gratiam  
Anatomicas prelectiones publice auspi-  
carer; quocirca nostri uaraciter Praecla-  
riss. D. Johannis van Horne Microcos-  
mum caepi interpretari, haud infrequenti  
Auditorum corona stipatus; ab ovo  
muliebri, nostrae nativitatis origine,  
exordium duxi; tum, ut juniores, ad  
altiora aspirantes, in mannae artis  
fundaminibus & Anatomes notitia ex-  
aminarem, utque chymicis prospicerem  
laboribus; quapropter novo hocce augu-  
rio Navigatorium hunc de Chymia ac  
Botania antiquitate & dignitate dis-  
cursum contexui & palam dixi: Hinc  
plurimi amica curiositate ad hujus im-  
pressionem invitabant, suadebant, ur-  
gebant, delicatioris censuram seculi detre-  
ctantem; ast in Japonicas appulsus oras,  
mei erga benignitatem tuam officii memor,

## Epistola Dedicatoria.

fortis mea ac casuum rationes Tibi transmittere peraequum existimaui; verum absque comite gratitudinis tessera coram tanto Mecenate comparere, iudicavi inhumanum: & si amplitudine tua dignum munusculum nullum haberem; hoc tamen qualecunque est tralatitii ordinis scriptum, haud pretio sui, sed offerentis animo, aestimandum, tui auctoramentum patrocini humillime querit.

Post semestrem igitur apud Jacatrenses Batavos moram, qua insimul Medica praxi inter cives occupabar (gembundo sub invidia favillis Aesculapio, parcisque non ita quam ignavis Chironis nepotibus) me ad Japonos dimisit Supremus Indiarum Senatus: Nos, alacriter dicto audientes, in transitu insulas Aour Timaonque, citra tertium latitudinis gradum à transboreali Zona dimetientes, convehendæ aquæ ac annonæ coemendæ ergò appulimus; pro linteamine (ex quo integumenta) & vetustis ferramentis (ex quibus cultros, secures & arma fabricant) capras, gallinas, pisces & fructus commutantes; quas papyraceis, ut ita loquar, linterculis ad nostra navigia vectitabant merces: Incola, plerique Johoritarum exules nunc cives (namque hæc atque  
conter-

## Epistola Dedicatoria.

contermina insula Regem Johor Dominum agnoscunt) vitiorum umbram naturali quadam virtutum luce tegebant; ac, licet nobis humanitatem fere excuti viderentur, urbano modo nos tamen excipiebant, conducebantque ad suas aromaticum sylvas, petrosas natas montibus; Ubi in ipsis desertis luxuriantibus vegetantium deliciis memet oblectabam; illic enim malabattrum nemorosum, agrestes tamarindos, caryophyllos sylvestres, variasque myrobalanorum species, quarum blande fertilitati sola deerat cultura; illic Europaorum altheam, Indorum cinnaras, ananasve pratenses, Malaciorum billingbing, soorsakkos, Javanorum betelen, Arabumve faufel, dactyliformem musam, pentagonas Garzia Carambolas, Acostræ Mangas, aliaque omnigena offendimus: Illi sane multum habebant, quia cupiunt parum. Hinc itaque vela ventis dantes Formosanas inter Chinesesque actas in Japonense fretum proVecti, tandem Nangasackuako excepti sinu, insulam Koukoko (hoc est, si quis interpretetur, novem provincias continentem) Japonibus alias Koukouw, Geographis (b) Sikoko perperam dictam (id enim quatuor provincias denotat) interfluente: Ad illius australe littus

(b) De hac, ut & antecedente insula, plenius agam, ubi ex professo (si Deus vitam & otium largiatur) Japonicas meas observationes divulgabo.

arte

## Epistola Dedicatoria.

arte facta stat insula (Decimam, Schifmamve vocant Japonos) Lusitanorum olim diverticulum (ad quod sumptuosas mercimoniorum gazas jamdudum quotannis transmissere nostrates) sexcentos longum pedes, ducentos quadraginta latum, exigua fossa urbem versus, ab altera parte sinu, asserum vero sepimento undique, cinctum, ac praesidiariis militibus (Bongio nuncupant; ad quorum nutus ignobilis quisque, tametsi ditissimus, applaudente mandatis ore & incurvato in accessu transiture corpore sese submittere cogitur) custoditum: quippe magnanima gens gravissimo vultus pondere animi fastum attollit, ingentem tamen quasi praeseferat modestiae imaginem; quanquam ea nobiliores (quibus, uti par est, mens erectior & animus ad magnificentiam factus) ceteris praevaleant; recondito, submisso, tardoque sermone (quem ampli ingenii & officiosae reverentiae specimen judicant) atque dejecta fronte, velut ad internum colloquium collecti, si Majores conveniant (namque pro illis salutis propriae vitaeque discrimina leviora existimant, quam deserti officii infamiam, vel proditae per ignaviam pietatis) illi loquuntur, lamina defigunt, corpus pronant; verum

## Epistola Dedicatoria.

verum lenta gravisque tranquillitas profundas latebras habet ; neque enim calidum mentibus acumen, nec moribus humanitas, nec artibus industria, nec perspicacia, deficit ; si insani plebis impetus & interpretum propter professam etiam linguæ ignorantiam exteris maxime imperantium, vexamina excludantur ; Hic etenim, ac si revivisceret interpretum apud Egyptios pater ( Lucius ille non minus quam Hermes) qui ( fortean Promethei vices hic suppleverit ) ex saxis homines ( vix enim molliti magis sunt ) excitasset ; ubi, velut ex Hydræ cruore, serpentigena capita de novo enascuntur ; similes quippe animis frontes gerunt, qui offensantis lingua fragmine, morosa gravitate, ac inconsulto turbine singula ad lucripetam voluntatem suam dirigunt : Nam perfrictas frontes consuetudo, natura latas, oculos parvos, nasos simos ( his etenim pleraque Asia versus septentrionem pradiata sunt ), Patriæ lex derasam in orbem ad aures usque calvariam ( quam novacula glabram servant bene compti ; qui vero religiosi vel etiam Medici nomen profitentur, plenaria calvitie à cæteris interstinguuntur ) illis impertiit ; contortum capillorum manipulum, præcisus apicibus, colligant,

## Epistola Dedicatoria.

colligant, ac chartaceo funiculo stringunt; barbam vofsellis eradicant: Vestes illis sunt oblongae; togam, levam versus complicatam, largisque instructam manicis, lato vinciunt cingulo; huic acinacem, quandoque duos (quod militibus solenne est, aliis vetitum) raro plures (quorum longitudine sola superbit nobilitas) appendunt; vagina, lacca oblita, latus cultello muniunt; plerique ventrisecum, pugionem (quo, vel ex Principum mandatis vel vindictae flagrantia vel desperabundo more auroxipeda solent; hodie non ita frequenter) addunt: stabellum cincti ad assiduam usum inserunt; huic porro bursam, succineis corallinisve globulis adornatam, atque pharmacophoram alligant pyxidem, qua aromata cardiaca ac luxuriae irritamenta (quibus impense gaudent) & odoriferum agallochum, calambac vocant, recondunt: Toga sagum, aliamque sine manicis togam, reverentiae notam, si coram Toparchis aliisque majorum gentium Dynastis compareant, femoribus plerique laxum prolixumque perizoma superinduunt: calceis vix utuntur, aestate variformia ex stramine sandalia, hyeme foccos & ex coriaceis obstragulis ligneisque soleis confecta calopodia adhibent:  
Incessus

## Epistola Dedicatoria.

Incessus ad venustam magnanimitatem compositus est : Corporis munditie, manuum nitela, modesta vestimentorum puritate, supelletilis, & imprimis stragulorum, splendore, plurimas nationes antecellunt.

Sed ne fastidioso discursus protelo momentosa tua fallam otia, venerande Mecænas, Japonensium mores, indolem, indumenta, vultus (in quibus tot haud infima notæ scriptores prævaricati sunt) ubi experientia & diuturnior conversatio me magis gnarum fecerint, limatus & diductius accuraturus : Verum, proh tedium dolorque ! exteris commodum rerum examen difficillime concedunt Japonæ ; mihi tamen perillustris Societatis, Domine mea, clienti, ad Imperatoris tanti servitium dimisso, aliqua indaginis spes affulgere videtur ; quapropter, si Deo sic visum, queque natura penetrabilia ac medicandi ritus, quantum poterò, stuprabor ; laceffit enim mentem infrequens Europæis inustionum humani corporis ratio, qua Japonensibus usitatus nihil est ; atque stupenda Sinarum expulsum tactu morborum prognosis ; quas tanquam primas peruestigationis imagines menti meæ proposui, in illas succisvis horis, favente Deo & die, pro viribus



## Epistola Dedicatoria.

*viribus inquisiturus, earundemque fors  
san, si praesto sit opportunitas, specimen  
quoddam cum tempore daturus.*

*O utinam! diuturniore vita tua eti-  
annum splenderet orbis lumine, sancte  
Senex! tui nominis laurea in fronte ge-  
stiret majus opus; ac si fata velint,  
lustra mutant in secula Parca, ut Patriæ  
firmum stabilimen, civium patrem, stem-  
matis gloriam, familia solamen, ve-  
strum indelebile nominis decus, corporis  
sanitatem, animæque tranquillitatem, sa-  
lutem, voveamus, colamus: Hæc  
voti mei summa esto; Deum immorta-  
lem veneror, ut senectutem vegetam,  
vitam beatam, & post hanc sempiternam,  
largiatur.*

Dabam in insula De-  
cima ad urbem Nanga-  
sacque sub ditione Ja-  
poniæ xiv Kalend.  
Nov. M. DC. LXXIV.

Amplitudini  
pietatiq̄ue tuæ  
æternum devotus,

Wilhelmus ten Rhyne

Transisalano-Daventricensis.

*Descriptio morbi nostri Maritimi,*

## EPISTOLÆ

Ad Nobilissimum, Strenuissimum,  
Prudentissimum D. Cornelium Backer

Reip. Amstelædamensis Scabinum ac  
Senatorem, armatorum Civium Tri-  
bunum principem, Orientalium In-  
diarum Præfectum Majorem,

Dominum meum, mihi devoto ac fe-  
dulo observantiæ cultu profequen-  
dum, inserta.

(a) **A**lumna Romæ superstitione morbos & malas valetudines, ut (b) minus nocerent, suspexit, ac (c) Divæ Febri (d) templa dedicavit; sed queis de meliore luto ficta sunt præcordia, ægritudines, veluti justæ Dei iracundiæ jacula, videntur, probe gnari (e) *πέντων ταμίαις ἔργων ἐν ἕρανῶν*: (f) *Parcite igitur, ô Divi! ve-*

(a) Quippe universa Deorum Romani coluere. Min. Fel. in suo Octav.  
(b) Teste Valerio Max.  
(c) Lib. inscript. fol. 97.  
(d) Valer. Max. lib. 2. cap. 5. (e) Pindarus: Cum quo hic conferatur Amos 3. 6. & Jesai. 45. 7. (f) Senec. in Med.

niam

niam precamur, vivat ut tutus mare qui subigit; Sed eheu! labimur irato rapiente fato, multusque ad manes properat ordo agminis moesti, feries tristis hæret.

Quare ut tam diræ necis ratio Tibi pateat, Amplissime Mecœnas, has calamitatis nostræ nuncias chartas in tuo conclavi, in quo nostra fata disponuntur, benigne excipe, & imposterum majoris ponderis specimina, grati pariter & gratiosi animi *τιμήρια* exspecta.

Peracuta, nostræ endemia navi, vel *ἐνναυπλίη*, febris illos in exordio præsertim afflixit, quorum præpostera victus ratio, tenacioris, ex lenta (g) pituita & acerbile, *κακῆς* & causa & comes, putridam ventribus congefferat saburram; quæ dum *δυσπέπτις* cibis accumulabatur, alvum obstipabat magis, ac ventriculum male fervente premebat sarcina; unde pessime ominosa tetricitate caput lacefebant vapores, turbidi sanguinis ignita flabella, quæ cordis *ὑπέκκαυμα*, jam fervidum, incendebant; unde iterum per universum corpus *καυπύδιον* symptomatum disseminabatur syndrome; (h) *Ὅ, δὲ ποταμοὶ ἐπιπύθθα ἀνὰ τὸ σῶμα πύθων ἀξέεται τὸ σκῆν*, nervorumque reticulata structura suo ex connexu consensu (i) auream Platonis catenam æmulatur, cujus altera sine altera agere moveri poterat anfa, quin & alia attingeretur; unde stupenda illa accidentium catastrophe explicatu facilior, imprimis si hujus indoles veneni acriore animo

(g) Ex quibus universi morbi fiunt. Hippocr. lib. 1. Morb.

(h) Hippocr. lib. de cord. §. 5.

(i) Plato in Ione, & Macrob. lib. 2. de somn. Scipionis.

nimo expendatur: Hoc enim, ipsis non parcens bestiis, ac mobilitate vigens nervisque inimicum, illorum meatus expedite pervadit, atque subita contagii propagatione & spirituum animalium infectione ipsa subit vitæ penetrabilia; hinc arteriarum pulsus exilis & imbecillis dispari motu diastolen cordis & systolen metitur; inde inopinata quosdam corripit syncope; inde fere omnium (k) piger ignavos statim alligat artus languor; inde vapor ipsam corporis arcem flammeus urit; prostermitur plane appetitus, depravatur gustus; inde denique cardialgia, nausea, vomitusque urgent. Addantur capitis incommodis gravitas, vertigo; dolor (singulis initio morbi communis) stupor, auditus gravis, nervorum subsultus, epilepsia, (l) mentis alienatio, pauciloquium, vigiliæ, somnolentia, torpor, turbulenta insomnia (m) in quibus portentosa rerum simulacra menti sensibusque sese objectabant) & φλυαία, imo in quibusdam furor, ac si a malo immixtus genio: alebatur fitis, ingestio licet lacte multo, ut aliqui, quamvis haud denegato potu, marinam clam forpserint aquam; (n) arebat scabra lingua, aspera, sicca, fissa, obsessa aphthis, mucove obducta lento, in his cum virore pallida, in illis valde nigra; Labia spurca, ulcerosa, & rhagadibus hiantia; Fauces inflammatae, constrictae deglutiendi difficultatem pariebant; Calor intra pectora ferociens æstuabat, ut ima longo ilia singultu tenderent, anxius maxi-

(k) Seneca  
in Oedip.

(l) Hippocr.  
de vit. acut.  
§ 34.

(m) Fernel.  
pathol lib. 1.  
cap. 19.

(n) Silius Ital.  
lib. 2. de  
bell. Punico,  
& Hippocr.  
loco dicto.  
Ac Virgil. 2.  
Georg. Obs.  
sas fauces  
premit aspera  
lingua.

P

mo-

(o) Oculos stupor urget inertes. Virg. 3. Georg. Sin in processu cœpit crudefcere morbus, Tum verò ardentés oculi, arque attritus ab alto Spiritus, interdum gemitu gravis.

(p) Hippocr. de Diæt. § 7.

(q) Sil. Ital. ibid.

(r) Hippocr. de vict. acut. §. 65.

N. B. Quæ ex Hippocrate aliiſque adducimus, non, ac si solum au-

thoritatis corticem lamberemus, aſi ut experientia noſtræ fidei tantorum authorum addamus fidem: Neve ab aliis verba mutuamur tanquam conceptum promiſcondos, ſed ut quæ in illis naturali pulchritudine ſcatent, noſtris levidentis nitorem aliquem adſcricent.

mopere præcordiis; Lumbos exurens torquebat dolor, hinc quaquaverſum jaçtabatur inquietum corpus; cor micabat; (o) rigeant in plerisque lividi oculi, in quibusdam flaveſcebat, velut in icteritia, Conjunctiva tunica; in aliis flammantia lumina torvum ſpectabant; ventris ex acriſtellis commorſu dolor, ex copia profluviium, bilioſum, foetidum, ex lentore ſegnities, ingruébant; pone aures inflammabat plurimorum parotides tumor, quo evanido, in aliquibus pus auribus manabat; Inguina bubones, in hiſ univerſam corporis molem, in illis crura, in iſtis faciem exanthemata, artus cruſtoſa ulcera, occupabant; Conglobatas inferciebat glandulas (p) ἀσύμφορον, ἢ πλεμῆν ἢ μάχεται ἢ διαλάσει ἀπ' ἀλλήλων in multis (q) gelidus per viſcera ſudor ibat, & naribus ater ſanguis; paucos cum artuum pandiculationibus epiala; pueros & adoleſcentes lumbriçi, ἢ ἀνω ἢ κάτω convenienti medicamine expulſi, diſcruciabant; profluébant mulieribus immodicè menſes; plurima multos craſſorum expuitio angebat; plerofque (r) coxarum, crurum, pedumque dolores infeſtabant.

Sic rudi ſymptomatum enarratione (in ſubſequenti mei deſcriptione morbi latiùs extenſa) excluſo exactioris ἀπολογία; elo-

gio, mortis amphitheatrum claudimus; in quo prostrata jacebat turba, orabatque mori (vix etenim decem ex 274, qui nobiscum erant, ab hac lue immunes debebant, dum etiamnum ducenta circiter miliaria à promontorio Bonæ Spei distabamus; & dum viginti gradus à linea æquinoctiali versus meridiem emensi essemus, tres tantum milites hac valetudine exempti fuere) in quo velut in arena cruenta ægritudinum certamina vidimus & persensimus: Neque enim (f) Ἐκ βελῶν, μὴ πῶς ἐφ' ἑλκεῖ ἑλκεῖ ἀρνυται: Etiam si virulenti halitus mihi inter visitandum lentam sapius afflaverint febriculam; citimò quippe & tenaci proferpebat hic morbus contagio.

(f) Juxta illud Homeri.

Ergo ad *συνείωσιν* monitoriam; Inter gregarios ac tenuioris fortunæ homines (à quibus hanc ortum duxisse luem, reliquos contagii propagatione infectos, existimo) qui jejuna corpora difficili nutriverant farre, curabantur tardius, convalescebant certius; qui vero nimis commensationibus sua bona abligurierant, decumbant gravius, evadebant rarius: Plerosque immatura durioris cibi ingluvies, offenso debiliore stomacho, in recidivam dejiciebat: Robustissimi etiam in contagionis *ἀκμῇ* intra paucos dies, plerumque morbi quinto, occumbebant: In convalescentibus intra septimam communiter terminabatur febris lucem, si remissior; seculus, intra nonam; diuturna lassitudine superstita, in aliis marcore, non tam in-

P z

dia

(t) Hippocr.  
lib. dicto. §.

24.

(u) Ibid.

(w) Immun-  
dus olen-  
tia sudor

Membra se-  
quebatur.

Virg. 3.

Georg.

(x) Incertus

videm Su-

dor, & ille

quidem mo-

rituris frigi-

du: Hæc

ante exitium

primis dant

signa diebus.

Ibid.

(y) Id. aph.

3. sect. 2.

(z) Id. aph,

50. sect. 5.

(a) Sect. ead.

aph. 49.

(b) De vict. acur.

7. ead.

(c) Licet

hoc absolutè

stauat Hippocrates

ibid.

(d) Senec. loco

sa pius

dicto.

(e) §. 44.

dia (neque enim μετὰ λιμὸν λοιμὸς, cum sufficientissima nobis bonæ alimonix copia fuerit) quam acerrimæ pestilitatis depa-  
scente ferocia inflicto; in singulis (t) na-  
rium hæmorrhagia periculosa, vel mor-  
bum vel vitam solvens; (u) sudor, si-  
gnuinus, criseos salutaris index, si leventur  
ægrî, ille promoveatur arte, cæterum  
malesuadus; (w) foetidus erat, (x) nunc  
symptomaticus, alias criticus, lethifer algi-  
dus; (y) somnus, vigiliæ, utraque modum  
excedentia, malum; (z) delirantibus  
(a) ἐγγύς ὁ θάνατος: quos (b) coxarum,  
crurum, pedumque dolores vexabant, fere  
omnes sanabantur; quippe singulis à cen-  
tro ad circumferentiam, à nobilissimo ad  
ignobilius salutifera erat μετίσασσι; (c) cras-  
sa tamen qui expuebant, non omnes eva-  
debant; lotium in plerisque sanorum con-  
gener; diarrhoea in multis morbum, dy-  
senteria vitam, finiebat: Sic (d) læta du-  
ris mixta in ambiguo jacebant.

In uromantia therapeutica hæc (e) Hip-  
pocratis de victu acutorum dogmata mihi  
sacra faciebam; Quibus in principio uri-  
næ nebulosæ, aut etiam crassæ sunt, tales  
depurgare oportet, si etiam alia contule-  
rint; quibus vero urinæ tenues, tales ne  
purgato, sed si visum fuerit, infusum per  
clysterem adhibeto; qualia sæpiissime ex  
decoctis scordii, scabiosæ, malvæ, ele-  
ctuario

Stuario diaphoeniconis aliove, communibus sale & melle, &c. præscripti; ut & variegata suppositoria, præsertim pulvere colocynthidis & sale gemmæ, mellis admixtis. Pro potu utebantur forbitione pitisanæ, quam indies ex aqua dulci, hordeo vulgari, uvis corinthiacis, cortice arantiorum, radice glycyrrhizæ, &c. pro re nata, decoctis ac probe colatis, confici curavi, addito nonnunquam limoniorum succo: Pharmaca his ne adhibero; quibus plane abstinui, ad primam caufonis eruptionem; sed singulis tamarindos in quotidiano potu porrigi; queis si subducenda quantisper alvus, fenæ folia, addito quandoque diaprino solutivo, &c. in nodulo tradi, vel enema injici, aut suppositofo sollicitari ventrem, iussi: Queis verò sine acuta febre alvinæ obduruerant fæces, purgantia in duplici dosi propinanda, ne tormina crearent imbecilliora, ita tamen ut *ὄρεξηδάρον* prudenter evitaretur.

In ipsa therapia, ubi vera malignitatis indicia apparebant, venæsectio rarissime & non nisi summa necessitate urgente parcissime peracta; quæ tamen multis, contagionis non ita participibus, (f) profuit: Ast unicum fere nostrum refugium tutumque asylum in sudoriferis, aromaticis alexipharmacis consistebat; quæ effratos blanda *ἀνοσμία* sopiunt spiritus, aculeatos humores subtili attenuatione hebetant, toxica diaphoresi exterminant, &c. Ut sunt Andromachi senioris theriaca,

(f) Cum fuerit, atque artus depascitur arida febris, Profuit incensos æstus avertere, & inter Ima ferire pedis salientem sanguine venam. Virg. 3. Georg.

P 3

Damo-



Damocratis Mithridatium, &c. Quæ duo antidota ad quatuor librarum pondus in cista nostra Medico-chirurgica juxta indicem inveni, alijs destitutus, nisi ad mea pharmacophora confugissem scinia, quæ magna ex parte, quod ad alexicaca & cordialia (illa enim pro agrotantium multitudine nobis parcissima, hæc ferme nulla, erant; postmodum tamen regessit Chirurgus noster, sibi quædam, sed exigua copia, concessa esse, in indice non prolata, medicina, inter quæ pauca confortantia, &c. nisi incognitum in dispensatorii restaurativum pulverem, combustivæ cornu cervini cineres recenseamus) in commune bonum deplevi; præterea à socio Navarcha, Guineam petente, exoravimus Mithridatium Damocratis; Fracastorii diafscordium, sal cardui benedicti, confecti- onem alkermes, rob ribesiorum, &c. quibus plane carebamus; Verum omnia illa paucis tantum diebus tanto decumbentium numero sufficiebant; quare navales confedimus primates, num consultum foret, non tam itineris, quam morbi, gravaminibus blandam & appositam recenti annonæ reconciliare curationem, dispicientes; stabat sententia; vel quærendum refocillationis locum, vel concreditas nobis cistas medicas aperiendas; quibus regerebam, me tertium reperisse, dispensatione novi antidoti, absumptis substituendi opiatis; hinc rata fuit conclusio; ut itaque pharmacothecas, promontorio

Bonæ

Bonæ Spei destinatas servarem integras, ex herbis scordii, scabiosæ, radicibus chinæ, sarsaparillæ, ligno guajaci, granis juniperi, &c. decocta parari injunxi; donec sequens, inopia à me excogitatum (corrafis ad id omni angulo quæ poteramus omnibus) absolutum esset Alexicum, quod

R. Herb. Beton.

Card. ben.

Scabios. ana ℥v.

Scord. ℥x.

Veron.

Salv.

Absinth. ana ℥iij.

Flor. Croc. Angl. ℥ss.

Centaur. min.

Rosar. rubr.

Sambuc. ana ℥iij/8.

Rad. Aristol. long.

fabac.

Polypod. querc.

Zedoar. ana ℥ij.

Sem. anif. ℥ij/8.

Bacc. Lauri.

Gran. Junip. ana ℥x.

Pulv. restaur. ℥iij.

Piper.

Zinzib. ana ℥j.

Terr. figill. ℥ss.

Bol. Armen. ʒj/8.

Myrrh. ℥ij.

Oliban. ℥ss.

P 4

Mumiæ

Mumiæ ℥v.  
Galban ℥℥.  
Camphor. ℥ij.  
Laud. opiat ℥℥.

Mellis despumati triplex pondus ac tantillum acaciæ rob addatur; gummata, ultimo addenda, homogeneis solvantur menstruis; arefiant cum radicibus, &c. herbae redigantur in tenuissimum pulverem, inelle optime depurato, dudum ad exactam pulverum mixtionem, excipiendæ, servata consistentia congrua.

Hoc, à ℥j℥. ad ℥iij. exhibitum, benigna ἀλεξίφρονία, plusquam desiderato successu, omne antidotorum ferebat punctum.

Tum exhaustæ nostræ prophylacticae aquæ, hanc substitui, quæ

℞ Caryophyll.

Piper.

Zinzib. ana ℥j.

Abfinth. m. ij.

Croc. Angl. ℥℥.

Bacc. Laur.

Nuc. Mosch. ana ℥j.

Sacch. ℥v.

Vix enim alia ad manum erant; affundantur aceti è vino lb.ij. Vini Hispan. Succi Limon. ana lb.j. M. ac probe munita digerantur calore solis.

In-

Infuper in varium finem ex melle & limoniorum succo composuimus eclegma.

Nimis longum foret, omnes, quas perfecimus, medicamentorum dispensationes, conquisitorum cordialium formulas, linimentorum, cataplasmatum, ceratorum applicationes, &c. variigena recitare.

De prophylactica cura non parum sollicitus, omnes ad unam cistas marina ablui aqua, aceto conspergi, omniumque angulorum per totos foros purgamenta eodem modo accuravi; suffumigia ex pice, probe ignito tormenti globo injecto, incensidiaque pyrii pulveris (singula volucre virus ligantia) instituenda proposui, ilicet obtinui, iisdem saepius iteratis.

Sed quoniam de aliorum incommodis difficile est iudicium, quodque de iis conjectura, de nostris ex proprio sensu malis vel verisimilitudo vel infallibilis certitudo adsequitur, mei lineamenta morbi ad vivum depingam, ut aliorum aegritudines, quod ad pleraque symptomata, &c. cum meo convenientes, vel ex ejus umbra magis elucidentur.

*Descriptio*

*Descriptio morbi Authoris.*

(a) Lib. 2.  
hitor.

(b) Senec. in  
O. dip.

Quæ in (a) Attica Thucydidi fors fuit  
lue, ea & in hac mihi, quippe tan-  
dem ipsemet collapsus jacui, omnifario  
symptomatum (quæ figillatim & ex ef-  
fectis, in me catervatim & per sensibiles  
causas, dignoscerem) stipatus agmine:  
Tertio etenim idus Julii, cum (b) nocte  
pulsa dubius effulsit dies, moestumque  
squalida exortum est jubar, altum in-  
gemui, quod tam gravis nobis staret  
strages, premeretque juncto funere funus;  
quocirca curarum acerbitatem dulciore  
studiorum oblectamento demulcere cona-  
bar, ast tremulo rigore inscii micabant ar-  
tus, surgebat lentum inani ventre corpus,  
tentabantque debiles vacillantem poplites  
gradum; tam repentina & inopinata vi-  
rium concidentia me corripuerat, ut mem-  
bra omnia decussa ac quasi confracta  
mecum reputarem; sic quicquid tabe illa  
contactum est, labat; jam enim visce-  
ra occupaverat subdolanus ignis, qui incen-  
sum caput ingenti, ac postridie furente,  
fervore vellicabat, lacerabat (sui nihil-  
ominus, uti per totum morbi decursum,  
com-

compote animo) omniaque exta quasi concremata mordicabat : Tum exclamavi ; (c) Ὅμοι ! τί δ' ὅμοι ; θύνην τοι πένθει δαίμων. Attamen, spe evellendi sentinam mali, clysmate alvum subduxi ; hinc per abdomen colicus horrendum sæviit dolor, calidis fomentis delinitus : Sic prima morbi luce dispulsa diaphoreticum expostulavi alexiterium ; quod mihi ex confectiōne alkermes, Fracastorii diascordio, & sale meo antifebrili præscribebam ; à quo tota sudoris fluentia promanabant, intensiore tamen cephalalgia, tantoque lacertorum cruciatu, ut nec manus nec pedes officii pares essent, imò ut nec illas ori admoveere, neve hos movere possē : Ratum itaque mihi fuit, sanguinis ferociam modica phlebotomia (quam fervidiore solis aspectu, præsertim æstuante canicula ; sub qua & ante quam operosas esse purgationes edocet (d) Hippocrates, vel parcissime vel nullatenus in aliis institui curabam) compefcere, rigidosque artus expedire ; missæ igitur sunt ex dextra uncia circiter sex : Sed, dato illo spiraculo, furibunda sanguinis irritamenta, quindecim circiter unciarum detrimento, nares offendebant, ad summum virium deliquium, adhibitis incassum epithematibus, embrochis & arctioribus ligaturis, quæ dextram tridui spacio & motu & manifesto sensu privabant ulnam ; tum revulforiam in sinistro brachio sectionem suasi, qua damnosum

(c) Crantor apud Lipf. de constant.

(d) A. hor. 5. lect. 4.



insomnes transegeram noctes ) ingruebat, acrem exhalans nidorem, corpusque quasi in momento emacians, quem stragulorum injectione copiosius proliciebam; hunc sequebatur virium dulce levamen nono valetudinis die.

In victus ratione (f) hunc Hippocratis canonem religiosè imitabar; ὅμοιον κατόξυ τὸ νέσμα, καὶ τῆ ἐνάτης λεπτοτάτης διαίτης ἀναγκαῖον χρῆσθαι. Largiorem itaque pisanæ aut tenuioris cerevisiæ, præ nimio intestinorum ardore, sumebam identidem, tibi verò morbi initio valde parum. Refectis postmodum per idonea iuscula, currente septiduo, viribus, sexto Kalendarum Septembris sub vesperam gravem passus sum recidivam, ubi anheloso pondere pressa præcordia, alvusque stipata virulentis vaporibus caput feriebant; quapropter altera die post enema mihi injici, injunxi, idque ter repetii, ut ingentes fellis cruciatus domarem; ardens quippe cum pulsu in sinistro hypochondrio exta succussabat digito comprehensibilis dolor; intestinalem in sigmoideo duodeni mæandro effervescentiam vocassent effata Fr. Sylvii. Sub noctem antidotali ex diafcordio opiato fatigata sopire viscera fategabam; verum illud rejecit nauseabundus stomachus, summaque inquietudine lassabat corpus; hinc intima creber assabat ardor viscera, quassabat extima frigidus horror, manifesto epialæ indicio; donec tandem

(f) Aph. 7.  
lect. 4.



(g) Senec. in  
Oed.

tandem iterato de viperis alexiterio sudor multus diffluente corpore profueret quarto recidivæ die qui erat 3. Kalendarum Septembris: Abhinc febrile me deseruit toxicum; attamen (g) ægrum cor marcebat penitus, magnaue pars fibris aberat, & valida ægritudine excussi titubabant poplites. Quocirca in diæta Hippocratici, modo citati, placiti mantiffam sedulo sequebar; ὅμη ἐνδέχεται ἀδελφείας διαίτην, πικρῶν ὑποκαταβαίνειν, ὅσον ἂν ἡ νόσος μάλιστα ἢ ἐλάττω ἦ.

Sicque auxilio Dei convalui, ut in tanto decumbentium numero me alacrem officio exequendo fisterem, utque ægro- tantis supremi nostri Chirurgi supplerem vices ac meas, & administratorum pariter occurrerem imperitiæ.

---

*Precautiuncula*

---

*Precatiuncula Preliminaris.*

**O.** T. O. M. Deus ! unice fons omnis sapientiae, tu tenuem aetatis meae furculum tantilla cognitionis, eloquentiae, ac dexteritatis scaturigine irriges; ut mens, lingua, manus, ea quae S. S. nomini tuo gloriosa, ac publico bono salutaria, meditari, dicere ac efficere possint.

---

*Allocutio.*

**I**llustrissime, generosissime Domine, Orientalium Indiarum Gubernator Generalis, Patriae Pater.

Amplissimi, Prudentissimi D. D. Senatores, Ordinarii, Extraordinarii, ac Justitiae Praesides: factorum nostrorum arbitri.

Quique Illis à Secretis es sagacissime, Spectatissimi D. D. Scabini.

Vosque militantis Ecclesiae Duces fidelissimi, Verbi Divini Vates.

Con-

Consultissimi, facundissimi Themidos  
gnati. Tuque dicatissima Asclepiadææ  
gentis corona.

Omnium ordinum, dignitatum ac disci-  
plinarum Viri ornatissimi.

Tu denique delecta juvenus, dilectâ  
Musis, scientiarum incrementa, futura Pa-  
triæ stabilimenta.

---

D I S-

---

Discursus Navigatorius  
 DE  
 C H Y M I Æ  
 ET  
 B O T A N I Æ  
 Antiquitate & Dignitate.

Δυσκαλὰ τὰ καλὰ.

**A**Rdua sunt naturæ scrutinia, Auditores, <sup>(a)</sup> densaque caligine circumfusa latet Veritas; ceu <sup>(b)</sup> puteo sine fundo demersa humanæ mentis commercium fugit; inde <sup>(c)</sup> naturæ indaginem extra scientiarum chorum eliminavit Pythagoras; dudumque fluctivagis disciplinarum jactatus undis tumidum huncce gurgitem formidavit Socrates, ac Ethicæ potius animum applicuit: Hinc Pyrrhónico ebuccinat tubicine Academia; Incertitudine nihil esse certius.

(a) Ita Anaxagoras.  
 (b) Nempe Democriti.  
 (c) Teste Tertulliano de anim.

Q

us.

(d) Fulgent.  
in Mythol.

us. Splendida nimis auctoramenti suffragia, ipso vanitatis obfignanda sigillo, si Salomonem, summum Physices Doctorem, conquirant judicem. Pulchriores adhuc sunt scientiarum fructus; sed qui nitentis excellentia iudicium aggravant & divite visu pauperem pariunt effectum; dum (d) gulosa Tantalidum titillamenta aut fallunt fugaces, aut tacti cinerescunt: Sic locuples naturæ contemplatio Ixione deluditur labore, & ipsa divinatio inventioni squalorem inducit; sic σοφῶν viscera adurit ingens flamma desiderii, quæ, dum erumpit, inexplebili siti aridissima deficcit ora, atque illam Danaïdum pertusæ frustrantur urnæ: Quamvis igitur pervigil, tamen irritus; namque, dum extollit, emollit Palladis consilium, dum ungit, pungit; quamdiu naturæ pulchritudini adulterini superducti sunt colores, quos è mentis nostræ facie politissima vel vix detergeat Minerva.

(e) Minur.  
Fel. in suo  
Octav.

Ergone profundum sopita pervestigationis abscondetur industria? Erigamus animos nostros, & en! ipsa obscuritas addet calcaria; vilipendamus inania hæc pavorum terriculamenta; ignavos pariter & ignaros percellat seditiosa illa difficultatum complicatio; hos, inquam, (e) qui damnatis omnibus universa malunt suspendere, quam scrupuloso & decente examine rerum soliditatem librare, tædio investigandæ veritatis cuilibet opinionioni temere potius succumbentes, quam in explorando pertinaci

pertinaci diligentia perseverantes: Sed in illis non videtur veri stabile esse iudicium; quoniam diffidentem de se spargunt suspicionem, quæ in incertam opinionem migrat; unde hi ignorantiae visco obliqui, in confusum desidiæ præcipitantur barathrum. Renascetur, renascetur etiamnum, sed sedulis, angeliophora Archimedis avicula, quæ intellectum suis supra nubes evehet alis; renascetur felicior Chymiaë genius, qui ad intestina telluris dirigit artificis manus; resurgent etiamnum beatiore præcis Argonautæ, & in aliam Colchidem navigabunt, ut ditiori, quam aureo vellere, præda redeant.

Nos, priusquam fidentia laxemus funes, propositæ navigationis constabimus diaria, priusquam solvamus è portu; conquiremus comæatum, antequam explicemus carbasa; & non expediemus rudentes, nisi liberi transitus diplomate nos cohonestaveritis, Amplissimi: Neque tum audaci ponderosæ orationis fiducia ventos onerabimus; novitii enim est, in feratas aurum sedes incondito perstrepisse fufurro; ingeniosi, arrectarum superasse fidem; ingenui, facilius implorasse veniam; humilis, impetrasse.

Ergo per vastissimum <sup>pelagus</sup> pelagus nostram circumducemus liburnam, primo per transennam, aptato visui optico instrumento, hinc rutilantia aurei velleris trophæa, illinc Vesuvianos pseudo-chymicorum furnos, squalidam camarinam, pro-

Q 2

specturi;

specturi; tum nauticam consulturi pyxidem, clavum vertemus in obversum polum, ut soli propinquiores, dispulsis caco-chymias tenebris, veritatis lumen religiosius veneremur, chymiae genuinae, artium heroinae, dignitatem ex antiquitate, cum sacra, tum profana, aucupaturi: Post hæc, præter alios principes Medicos, Com salutaturi Senem Doctoremque Pergamenum; enixè pariter sollicitaturi Mulciberis ignes; Neptunique aras, non ut proterva sobolescat inde Venus; sed ut binis his analytis, Igne & Aqua, naturæ referemus repagula, ac metallorum mineraliumque compagine resolvamus. Inde in aliud naturæ regnum transfiliemus, sacratissimam exculturi Botanosophiam: idcirco enim in hæcce Indias imprimis concessi, ut (favente illustrissima orientalium Societate, Nobilissimo Governatore Generali ac Amplissimis Senatoribus protegentibus) exoticorum in natali solo vires indagem, eruam. Quod, eheu! atrocissima Patriæ clades renuebat; illic namque viduus sulcis squalet ager, & herbidis sentibus frumentoso minatur campo; hic vero paluræa prata versa sunt in vernantes sylvas ac suaveolentes hortos; ex quibus fructus, non tam ab elegantia splendidos, quam à veritate castos, & forsan à reipsa plenos, colligam.

Hæc non polliceor, ut egregiam mihi è mustaceo captem laureolam, aut meipsum magnificè circumspectam; vestris quippe numini-

numinibus, Primores, vestrisque luminibus, Pastores, Doctores, offusus, diffusa omnium ordinum spectatissima corona circumfusus, recedam confusus, ni benevolentiae vestrae vela mihi pandatis, ni luculentas favorum scintillas in mutuatitiam meam suffundatis lucellam, cujus coruscatio in diluculo est; hujus ergo radiolum suscipiant capacissimi vestri animi, per omnem eruditionem laevigatissimi.

Oportet ut fatear, quod dira fata Patriae non dicendi petant studium, sed vivendi desinant ergastulum; dicendum tamen, sed convenientius nusquam, quam in hac insula Java, quam ex uberi omnium rerum proventu compendium orbis vocavit magnus ille Scaliger; ubi foecunda mater natura plena manu metallis terrae viscera infarcit, atque nitri promae telluris verticem innumeris vegetantium comis adornavit; Nam sive apte disposita recta montium, sive flexa collium, sive porrecta camporum, densave sylvarum perambulet, sua objecta industriae undique reperiet Botanicus; ubi vero alio nutritis coelo indiget felicissima caeterum Batavia, ad hanc urbem, mercimoniorum orbem, pharmacorum emporium, tanquam ad centrum, ex omni Indiarum tractu, ceu peripheria confluunt omnis generis aromata, medicamina, plantae. Frustranea hic sunt disceptationes de Veterum malabatro, folio, costo vero, cassia, laespicio, agallocho vero, xylaloe, caeterisque; genuina hic

Q 3

sunt,



sunt, efficacissima sunt, sic quæ Græci desiderant, Jacatrenses Batavi abunde possident. Convenientius nusquam, quam extra raucifona Mavortis classica in triumphante hac Batavia, ubi superbæ naves subjugantur, ubi etiamnum toga indui licet, dum alibi ad sagum properatur, & enses pugnat, & eheu! inhumanè savitur. Convenientius nunquam, quam dum perillustris Gubernator Generalis Nobilissimi Senatus consensu Chymia ac Anatomia me pro tempore præfecit, quibus incalescentes nostræ Musæ cum macrocosmi, tum microcosmi arcana cultro stuprabuntur & igne. Convenientius nunquam, quam dum præpotentissima orientalium Indiarum Societas (penes quam felicitatis nostræ stat arbitrium) me in Japoniacum delegat imperium, ut auspiciatissimo ejus mandato illic & ubique mingerer, ubi vestro etiam favore hilarior, Primates amplissimi, Dominorum Majorum elongata tamen gratia stipatus, suffultus super omnia, Omnipotentis auxilio, intransi Monarchæ palatia, ubi tot populorum fœta disponuntur, irrumpam, humillime equidem & ore candido, cavens dictis, animo sincero, lato tamen & pleno fiducia. Verum hic in antecessum excelsum, quo nos præcessere, gigantum humeris subviham, quo Alchymistarum insulam tanquam è specula saltrem eminus, ac avroliat inhaque *Opioras* megascopio perlustram intime, eo majore existimatione colens

Chymia

Chymia vera campum amoenissimum, fertilissimum, utilissimum: Quippe sub solo Chymia sole apricandum est illi, quicunque exoticorum vires epucleare velit: Quocirca huic loco congruum, congruum tempore & Auditoribus judicavi argumentum, si de Chymia ac Botanica antiquitate ac dignitate (his etenim exercendis me in Indias delegarunt Domini nostri Majores) paulisper perorem, vernaculo imposterum idiomae Anatomes monumenta ac emolumenta docturus.

Vellus aureum non arietina erat pellis, ut Poetae fabulantur, sed, dictante Suida, chrysopeias velleribus conscripta ars, *ἡ χρυσομύλλος*: Cujus labores dignitate sua decorat raptor (a) Jason, à Pelia patruo ex Thessalia cum Argonautis in Colchidem ablegatus, velut Myrthomystra perhibent; ubi spoliis amplitudinem auget regia virgo Medea, (b) clara veneficio: *Ἐν ἰατρικῷ* & Medea, medentum, inquam, nomina! quibus & Chymia quaedam forte vetustas conciliatur: Illic (c) flammivomi fornax Vulcani novos deflagrat hospites, dum agrestes manus (d) auri-

(a) Ovid. Metam. lib. 7. Ast aurum arenis fluminum permixtum olim arietinis velleribus, segregandi causa, solere excipi. Author est Bellon. observ. lib. 1. cap. 52. (qui

respiciatur) ex quo natam putat de vellere aureo fabulam. Larius haec eruditiss. Borrichius de medicina Aegypti deducit & explicat. His adde dilucidam quam de memorabili arietis pelle nexat narrat onem Justinus lib. 42. (b) Coelo petens venena. Senec. in Med. (c) Ovid. ibid. vers. 110. &c. (d) Virg. 6. Aeneid. Arboreae frondes auro radiante nitentes. Ovid. Metam. lib. 4. Fab. 17. fulgentia poma. Lucan.

(i) Quam à  
fabula segregat  
historiam  
Diodor. Sic.  
lib. 5. alias  
videtis Ovid.  
ibid. fab. 14.

comos arborum fructus ( e ) Hesperii ex hortis decerpere tentant; Illic hortorum pervigil ille custos Draco ( hinc Mercurii deprædicatores rem tangunt Alchymistæ ? ) laborifero Duce, Hercule, primo obtruncandus, callidiorque excitandus est Hippomenes, qui vafra agilitate Atalantam, victis perniciosam, superet, dum pellacia radiante auro poma iterato projectat; ne vero temerarios improbus in voraginem rapiat turbo, peritissimo gubernatore opus est Tiphys; tum licet appulerint, versipellis indigent consilio Ulyssis, ne ignobili fiducia promissoriis tricus irretiantur creduli; namque inconsultos quasi pestilenti quodam sidere afflat damnosa illa temeritas.

Hæc ego non integris rate vel mercibus, nec horum quasi nescius fluctuum, præmoneo; quoniam in temeritudinis charybdi bonorum salutem curiositatis devorat luxuria, & sponsoriis ad naufragia blandimoniis invitat Alchymistarum Scylla, spe dives, re egena; ubi inexpertis barbarum littus; cum & expertos piratarum sæpe in perniciem trahant vincula; quare ne quis in periculosis securus, neve in securis timidus, sit, quisquis naturæ arcana rimatur. Licet igitur in stagni speciem fufum arrideat æquor, licet summa jacentis elementi haud crispetur dorsum, immensam tamen hic lacus abyssum habet, magnas hic campus eremos; tranquillitas hæc tempestate pejor. Ecquis hic omniforme  
mon-

monstrorum genus esset recensendo, quæ primis obviant tentaminibus? Illic enim laboris Hydra, subtilitatis Poena, temeritatis Scylla, Mendaciorum Syrtes, contentionum Symplegades, paupertatis scopuli, scientiarum Euripi, naturæ Charybdis, Cimmeriæ denique ænigmatum tenebræ. Tum in ipso portu advenas expectat Sphinx, incautos divinatores capite plectens, ut toti enerves cum Larvis disceptent & Lemuribus, alta sui oblivione sopiti: Tum qui evadunt Oedipi multifariis divaricatum cavernis ingrediuntur labyrinthum, suis horribilem compitis. Perstrepit interea sonorum illud Sirenum, quod in pericula pellicit, celeuma, eo molestius, quod dulcius; hocce monstriferus cantatur hymnus, quo frons leonina, draconis pectus & posteriora capræ, effigiantur, appositæ chimæræ delineamenta. Ecquid aliud Spagirices mystæ (quos artis filios & lucis, adeptos, philosophosque inaugurant) quam dracones volantes, vorantes lupos, alatos leones, tauri oculum, pavonisque caudam, crepant; ut malesuado fastu turgidi magnam præ se ferant, quasi, eruditionis imaginem. His, ipsa pollicitatione formidandis, firmiori spissamento, quam (f) fociis Ulysses affixit, obturandæ sunt aures. Quis itaque de meliore luto cerebrum finxit Apollo, iis sordescant fabulosi Alchymistarum tituli, lemniscata insignia, viscata promissa, fucatæ illecebræ, vel, ut verius dicam, compta sterquilina, ventus, vapor, fumus, imo levius. Non

(f) Ovid.  
Metam. lib. 4  
fab. 15.

(g) Hippocr.  
lib. de arte  
§. 1.

(b) Ut apud  
Sennert. de  
confens. &  
dissenf. chy-  
mic. &c. vi-  
dere est.

(i) Uti vanè  
gloriatur lib.  
de tartaro.

(k) Apud  
Plutarch.

(l) Teste eo-  
dem.

Non ego hæc preno, ac si calumniandi cupidus (g) petulca lingua ignorantiam potius venditarem; hac labe nobilissimam artem conspurcavit Paracelsus, diffidorum primus innovator, aut, si mavultis, horum princeps faber somniorum; qui (testibus (b) Oporino & Vettero, ejusdem fociis) non uni facultatum Doctori contradicendo monarchiæ speciem affectavit; dum se aliquando (i) Lutherum & Papam, non minus quam Hippocratem & Galenum, in ordinem redacturum minatus est; sed fulmen ex pelvi ferit.

Neque ego hæc meditor, ac si speciosa invectiva Chrysopeiæ prætenderem ἀσι-  
νιστον : Ægyptiorum quippe in artibus fertilitas casto illicio Pythagoram præter & Platonem plurimos convocavit Græcos, adeo ut, præcone (k) Gryllo, Ægyptios fere omnes Medicos Argiva suspexerit tellus; & si ipsum nomen spectetis, (l) Ægyptus Chymiam notat. Sed quoniam coelum non fert duos soles, Ægyptiacæ in artibus prosperitati Romana invidere cœpit arrogantia, donec Christicolarum ille μασιγιδις Diocletianus, postquam Achillem, Ægyptiorum Ducem, in Alexandria profligasset, omnes chymicæ artis libros Vulcani gulæ devorandos tradidit; ne postmodum pecuniarum vi, chrysopeiæ ope recuperanda, confisi Romanis resisterent. Si huic fidei fidem adstruxisse animus esset, integrum Jennisii hortulum Hermeticum, id est, omnium χυμο-  
ποιεστων

πρωτων feriem latiori deducere tabula; Unicumve ex sexcentis nostri temporis exemplis aureum Hagiensis Helvetii erigerem vitulum; aut coram dubitantibus (m) Esdram introducerem loquentem de parvo pulvere, ex quo fit aurum. Nec fortassis oleum simul & operam perdent, qui tartarum, vel, uti ego interpretor, nitrum ex fixo rite noverint reddere volatile.

(m) Lib. 4.  
cap. 8.

Ast ne in chymetica hac metamorphosi Mydæ nos maneat fatum, aurea necessitas & locuples penuria, Chymices antiquitati primo patrocinatorum. Hæc, si melliflua S. Codicis legamus littora, non à nostro πρωτοπλαστω, Adamo, (ut ex Vincentio Bellovaco Mirandulanus Comes, tacente tamen Scriptura, conjicit) neve à Veterum Saturno, Græcorumve Κρόνω, seculi præside aurei; verum à septimo à Caino Tubalcaino primitus profuxisse videtur: Hic vetustissimus ille (plures enim enumerat (a) Cicero) Graj-

(a) Lib. de  
nat. Deor.  
(b) Murato  
enim thau in  
vau ex Tu-  
balcaino fit  
Vulcanus,  
quem Phor-  
nutus Ἰφασσος,  
ab incenden-

do, Plato Ἰφασσος, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἤ εἰς. Si enim igni, ergo & luci, prærit. (c) Juxta Fulgentium in mythol. (d) Lib. 2. cap. 6. (e) Diodor. lib. 1.

(f) Ita diligens vetustatis cultor J. Langius hb. 2. ep. 3.  
(g) Plin. nat. hist. lib. 7.

(h) Genes. cap. 9. 29. Philo Judæus de plantatione Noë; & Natal. Com. in observ. respiciantur.  
(i) Nahama enim Pulchram denotat: Vid. Natal. Com. ibid.  
(k) Genes. 4. 22.  
(l) De civit. Dei lib. 4. cap. 10.

ti flammæ novum congeffit pabulum, rigentesque furore brumæ fodales convocavit, qui hoc eum beneficio inter majorum gentium Deos collocare: (f) Namque quum à Cerere nondum repertis frugibus, vel ab (g) auri inventore, Cadmo, literis, glande vescebantur mortales, omni præconio digna inolevit consuetudo, ut, si quis suo ingenio ac industria quicquam comperisset hominibus utile, auctori divinos honores (virtutum illa calcaria) festosque decernerent dies, atque (quod & Japonibus hodie solenne est) repertorem in Deorum conscriberent censum: Hinc ante Græcos Ægyptii Bacchum, Hebræorum (h) Noachum, quod primus docuerit plantare vites; Osiridem, quod ex hordeo Zythum decoquere; Proserpinam, quod ex fructibus panem pinsere; Isisdem, quod morbis mederi; denique hunc nostrum Vulcanum, quod sorore Nahama, Poëtarum (i) Veneri, laboris socia, (k) omne aris (ita per Moysen loquitur suprema Veritas) ferrique opificium acuere: Hic artium ille Deus (l) Augustino dictus; primus hic *μεταλλουργος*; primus, inquam, hic Chymiaë cultor fuisse videtur; namque in scaptensulis novissima Chymices exculta fuere rudimenta; Cum artium incunabula perfectos statim non enitantur foetus; sed, statuto semel inventi fundamine, pullulascenti nixu experimentum observationem trudit. Annon etiam Legislator

tor

tor Moyſes, magiſtra chymia, (m) aureum illum vitulum combuſſit, contrivit in pulverem, & ut piaculari potui eſſet, in aquam projecit? Ecquis ergo hunc Chymicæ gnarum renuat? Ubi & Hebræa radix (כֶּרֶשׁ) comburere, fundere & liquare designat: Imo & ipſam Moyſis ſororem, Mariam Prophetiſſam, chymicam fuiſſe, teſtatur (n) Galliarum Regis bibliotheca, quæ librum, hoc inſignitum titulo, tenet, *Ἱερὰ Φύλλον*: In quo de chryſopœia & Hermete, *ἡ Μαριάμ ἡ Ἰσραηλῆϊς γραφῆς*: Quamvis terſiores Criticos moretur illud dubii; Num potius illius nomini opera inſcripſerit ἀνόνημος quiſpiam. Aſt explicita S. Literarum fide tutior, ſi aurum, quod portavit navis Hiram ex Ophir, & corallia & pretioſos lapides, cæterasque Salomonis divitias attentiori lance penſiculum, uſque hæreo; Num regium, ad quod nativa purpura & aula ipſum evexerant, faſtigium impenſius admirari debeam; plurimos ſaltem ille in extruendo (o) templo habuerit ſapulantes Chymiſtas cenſeo; Num vero ſtupendam φύσσεως notitiam de prædicare? Cum (p) in univerſi orbis ad-

(m) Exod. 32. 20.

(n) Ut confirmat Calaubonus.

(o) Cujus ædificationem vide i Reg.

(p) Ibid. cap. 4. 33, 34.

N. B. In hunc porro ſenſum apud quendam ſcriptum invenio; Salomon magnam imo ſumman à ſummo Deo ſcientiam naſtus eſt, qua omnes præſci ſeculi Doctores, atque adeo Ægyptios, qui peritiſſimi ac omnium maxime in artibus gnari cenſentur, quin & Hebræorum ſapientiſſimos, antecellebat: Libros conſcripſit, qui ſupra mille regios ac egregios cantus ac hymnos, præterea, tria millia proverbiorum ac ſimilitudinum continebant; in quibus quamlibet arborem & terra naſcentem plantam, ab Hyſſopo ad Cedrum, vivè ac verè juxta vires & proprietates expreſſit; ita etiam



etiam de omni generis animalibus cum terrestribus, tum aquatilibus & volatilibus appositè loquutus est atque scripsit; namque omnium animalium naturam & indolem accuratissime perquisiverat. Exiat etiamnum hodie Confectio diareos Salomonis.

mirationem loquutus sit de arboribus à Cedro, quæ est super Libanum, ad Hyssopum, quæ egreditur è pariete; insuper de animalibus, cum volatilibus, tum reptilibus, piscibusque: Illúmne igitur selectissimi hujus inventi, Chymia, laude destituemus? qui non modo Ægyptiis, chymiatricam doctis, sed & (q) omni homine, si *Θεωρητων* excipias, sapientior fuit; binosque rerum (r) *ἀποκρίτας* accurate distinxit in suo (s) Ecclesiaste, per ignem videlicet & aquam. Profundius in ipsa telluris viscera penetrat antiquissimus ille physiosophus Jobus; Cum (t) & auro locum, & argento latebram, & ferro pulveris habitaculum, atque lapidem æris matrìci adsignat. Porro (u) sophisticum, xynthi miscella parabile, cuprum fuisse ominor, quod inter tantas apud (v) Esdram gazas recensetur. Quin ex ipsis Prophetarum diris chymica addidicisse datur; Sic quia cosmetico oculos ornaverat fuco, & ornamento aureo stibioque pinxisset eosdem, vastatam increpat Jesebel (x) Jeremias: Gravisque vates (y) Ezechiel Israëlìs cacoëthen castigat, quod etiam antimonio fucaverat oculos. Ecce è Sacris vetustæ notas Chymia!

(q) Ibid. vers. 30, 31.

(r) Quid hæc vox noter, docet Hippocr. de vet. med.

(s) Cap. 3.

(t) Cap. 28. 1.

(u) Auri speciem mentiens, dicit textus.

(v) Lib. 4. cap. 8. 25. & c.

(x) Cap. 4. 30.

(y) Cap. 23. 49.

Jam

Jam ergo ratis vertamus gubernaculum, transiretemus in Ægyptum; verum Jordanem linquentes antequam Niliacas lamberemus oras, retro spectans ego in Interpretum mente apud Hebræos legi; Suos Patriarchas, dum sublimium flammaram placamento Deum colebant, alembicos holocaustis imposuisse, ut sublimatos ignis (z) (fluidissimæ istius aquæ stygiæ) reciperent spiritus. Hinc ad septemplicis Nili ostium (a) Ifidis, Medicinæ apud Ægyptios auctricis, prospecto cippum, ab *Iarçias* apud eosdem inventore extractum Hermete, cui *τῆς θεῆς μεγίστης* nomen Sacerdotis, Philosophi, Regisque honos fecerat (b). Hi etenim ex Philosophis Sacerdotes, ex Sacerdotibus Regem, eligebant. Sed in uno Hermete triplex hæc coaluerat excellentia: Cujus si genealogiam spectemus, dabit illam Marsilius Ficinus; Nascente enim Moyse floruit Atlas Astrologus, Promethei Physici frater, ac maternus avus majoris Mercurii, cujus nepos fuit hic Trismegistus, Abrahami Patriarchæ coævus: Namque haud fabulis semper accensenda sunt, quæ oculis subtracta atque memoriæ solæ fidei immolantur. Hujus si nomen quaeritis, Auditores, Mercurius est, cui ars interpretandi Hermetis titulo insignivit, Trismegisti dicta præstantia, vernacula lingua *Theut*, primitus sub Ægyptiorum Rege *Thanni* degens: Si patriam, Chaldæa fuit, Ægyptum statuminant alii; forte quod Helio-

(z) Uti ex professo in meis medic. deduxi.

(a) Omnis enim ferme orbis hanc Deam venerabatur propter manifestas morborum curas. Diod. Sicul. (b) Referente Platone.

numsd

poli

(c) Authore  
Jamblichō de  
myst. Æ-  
gypt.

(d) Ut Cice-  
ro lib. 3. de  
nat. Deor.

(e) Lib. 5.  
de legibus.

(f) Vide  
Natal. Com.  
mythol. lib. 3.  
cap. 7.

poli Ægyptiorum docuerit; si dignitates, (c) hic Ægyptiorum, sicuti Moyſes Hebræorum, Dux fuit; quibus (d) & literas & leges, musicam & medicinam, tum & chymiam tradidit: Neque enim semper Lucium repræſentat Deum Mercurius; Nam arithmeticæ, inſuper ac geometriæ, tum astronomiæ authorem hunc noſtrum ſtatuit Mercurium (e) Plato; (f) alii inſimul magiæ: Hincine ſequentem Trimegiſto adſcribant labem? Quod in ſtatuas certo ordine diſpoſitas, certis- que ſervatis numeris, Dæmones acciverit, & loquentes introduxerit: Sed quid Ducem, nedum Magum Cabaliſtamve rege- ro, quem inter majorum gentium Deos collocare? Si ſcripta, Pimander eſt, no- tusque Aſclepius, ſacraſſimæ illæ anig- matum tabulæ; quas latina expolivit ma- nu Platonicus Apulejus, ditavitque com- mentariis Jamblichus, aliique: Eſtque, li- cet circa hanc magis hæſitent authores; Smaragdina illa tabula, chryſopœiæ nor- ma: Quidam enim in valle Hebron poſt diluvium, alii in Hermetis ſepulcro à quadam Sara, inventam volunt. Ingens Hermeticorum codicum conſuendus foret faſciculus (namque viginti quinque mil- lia feruntur, quos Græcanicus ſermo ſervaverat) ni, quem Plato objicit, inhi- beret ſcrupulus; Hos ob ſummam Græ- corum erga hunc Trimegiſtum venerati- onem ei potius dicatos fuiſſe: Si præce- ptorem, Noachum notat Patritius, Abra- hamum

hamum alii; discipulam Isidem Diodorus Siculus: Inventum denique ab ipso argentum perhibet (g) Plinius.

(g) Lib. 7.  
na. hist.

Antiquior ergo Chymiam manet dies, quam quæ ab Arabe inchoatur Gebro, aut Julio Firmico, Constantini Magni coævo.

Tandem Ægypto solventes Mediterraneum trans mare Cyprum inter Candiamque vecti, magis tamen ad occidentem proclives, ad Ægæi æquoris limbum olympipetas contemplabimur flammæ in insula Cœa, quam (h) *Lango* vocant mapparum

(h) Ptolom.  
in geograph.  
& Mercat. in  
Atlante.

accuratores, vel juxta Othomannicam barbariem *Stancora*, quingentis quinquaginta stadiis, uti nuper Tennulii nostri cura impressus (i) Agathemer, vel, ut Gollitzius ait, viginti cinstam: Tam angusto terræ angulo claudebatur augustum Hippocratis numen, totum per orbem dispersum. Hic integræ per ignem cæduæ erant sylvæ, quas prælustris hic in arte Medica pharus incenderat senex: Cui, utpote tutelari Deastro, quod hoc artificio pestiferam abegisset, vel saltem anticipasset, luem, divinos tribui cernebamus honores: Quare etiam mihi licere, delubro ejus aliquid libare exoptavi; & en! illico in Æsculapii sacellum me detulit perscrutinii diligentia; ubi, postquam Hippocratais animum imbueram dogmatibus, ipsum saluto senem, destillationibus intentum: Vides (ita me alloquebatur)

(i) Lib. 1.  
cap. 8.

(k) quomodo ab aquis in lebetes ferventibus vapor multus elevetur; Sic & ca-

(k) Hip.  
lib. de flat.  
§ 12.

R

lefacto

lesactō corpore penetrat per os aër convolutus & quadam vi eructationis erumpit. Tum deterfa vulgariū opinionum nebula, dulcem menti meæ in sereno hoc eruditionis atrio lucem suffundi sentiebam: Instabat ille, chymicarum operationum mutationes transferens ad nostri corporis œconomiam; Liquefit (sic pergebat) quicquid ignea vis attigerit fitque inde spiritus, qui quum ad meatus corporis irruerit sudores fiunt; siquidem spiritus compacti in liquorem transmutantur, & per meatus penetrantes extra prorumpunt; quemadmodum à ferventibus aquis vapor elevatus impingit ad obstaculum, & condensata destillant guttæ. Hinc licet Actuarius, Græcorum fere postremus Medicus, primus *ῥοδοδάκτυλος*, veluti inter Arabes Mesuë (quem sequuti Rasis, Serapio ac Avicenna Chymia infudarunt) primus absinthiacæ aquæ meminere; Hippocratem tamen destillandi methodum dudum ante illos expedivisse, hinc constat.

Hujusmodi ergo analogiæ filum parumper protendamus; Si etenim coquinæ peritus abdominis culinam subintret, stomachum; eundemve perrepret Chymista, hic digestionis, fermentationis, ille decoctionis putrefactionisve perspicua indicia; tum si cucurbitali ventriculo capitellum imponat, vapores elevari, condensari atque per nasutum decidere rostrum, mucinio congruo receptaculo, excipiendos: Vultis, Hippocraticè loquar, Audi-

Audiores? (1) Quippe corpus omnis generis vapores in caput demittit, quos caput rursus retro dimittit. In hoc *θαυμάσιον θαυμάσιον* facibus eluendis canales coquus; colatoria lacteorumve vasorum fetacea, cordis circulatoria vasa; in hoc spirituum sublimationes rectificationesque; concentrationes & fixationes; in hoc calcinationis minimum, ac empyreumatis nidorem, perferat Chymicus; Cui si lubeat præternaturales expendere *διαβήσεις*, mutationum in nostris corporibus multitudini cedere artis solertiam, deprehendet Spagiræus Philosophus; quoniam illius æmulatio hallucinatio est. Quin ad ipsius macrocosmi latifundia præstò est Chymia comes; hujus enim germanum subjectum est, *ἡ μὲν* hic igitur Chymico evolendus est codex. Ino vel sola destillatio plurimas in sublunaribus edocet alterationes: Nam si quis terræ globo, velut destillatorio vasi, ignem supposuerit, ac atmosphæræ superposuerit alembicum; tum quomodo fluant pluviam, flent venti; & si variforme exhalituum inspiciat ingenium, quomodo ex pugnace plicatiliam in sulphure hamulorum contritu fulgura præmicent; quomodo (m) collidentibus nubibus ex commixto dictis hostibus alcalino tonitrua mugiant; ubi hoc illorum subligaculum est, refrænâtque alcalinus sal flammæ fulgura ex nubium collisione generantur, more silicium duriorum, quos cum comploferis, medius ex his ignis exitus elabitur, atque ita cum fulgore pariter tonitrua mugire.

(1) Lib. de gland. 6. 5.

(m) Appositè D. Hieronymus Tom. ix. Aitunt naturæ lium causarum scrutatores; quod

R 2

celeri-

celeritatem, quam sulphuri nitrum affla-  
verat. Quomodo ex frigidiore atmo-  
sphaerae tractu grandines increpent; quomo-  
do nivosa telae stellulae prouant ex alto;  
ubi variegata guttarum disseminia, quae  
congelans in aëre nitrum indurat, vel varia  
induratorum decussamenta schesin immu-  
tant: Quomodo denique nubicogus sol  
floccivolas dispellat nubium moles, eaf-  
demque vaporosa impraegnet tellus, lustrabit  
in furnis Spagiricus. Inde ad microcosmum  
iterato me convertens, in vitalis ignis fo-  
cum intendebam aciem, secretissima confu-  
lens Chymia penetralla; nec frustrabat inda-  
ginem vitalis balsamus, volatilis alcali, medi-  
ante concreto cannae sacchariferae succo cum  
oleo aromatico haud operosè mixtilis, sobo-  
les; at statim obtutum dissipabat trachaeum  
aëris spiraculum, nativum pascens, ne hic se  
depascat, ignem; sicuti artificialem uterque  
furni fovet hiatus.

Hæc dum cum divo Sene conferre  
contendebam (namque per ejus scripta  
illustria Chymices dogmata diffusa con-  
tuebar) protinus ab isthoc sodalicio me  
avocabat Apelles, Cœa quoque oriundus,  
qui Chymia ope magnum picturae emol-  
umentum conciliarat & ornamentum;  
dum ex ea colorum cum natura lusus &  
vernium luxuriam hausisset; eò feliciter,  
quoniam (\*) gummosis *Cos* scatet arbori-  
bus, & sufficienti ad picturam locuplet-  
atur apparatu. Hic ut verbis adderet fi-  
dei majus pondus, dixit; Dorida aspice penin-

(\*) Ptolem.  
in Geogr.

peninsulam, ubi in urbe (o) Gnido Medicorum scripta concremavit Hippocratis livor: Nonne perinde est (ita proloquebatur Apelles) acsi (p) apud Romanos Horatius, trium Curatorum victor factus, turgente protervia germanam confodiendo sororem, multæ potius, quam laudi, victoriam consecrasset?

(o) Uti Zwingerus, haud infimus Hippocratis interpretis.  
(p) Valer. Max. de ferveritate.

Non allubescit orationis castra aliorum movere, *πυρ τῆς οἰκίας* ignis sævitiem fecus protensuro: Satis ingens sui desiderium reliquere veneranda Democriti, tanti naturæ mystæ, scripta: Hic enim præterquam quod indefinita naturæ arcana calamo exaravit suo, scripsit etiam de liquoribus, coloribusque, de igne & his quæ in igne sunt causæ, de feminibus, arboribus, fructibus atque Lapide, referente (q) Laërtio: Superfunt itidem quædam Democriti titulo insignita Chymica; ubi nostro Abderitæ quidam substituunt Arabem, etiam si exempla desint, quibus pateat, Arabes sibi Græcorum nomina adscivisse.

(q) Lib. 9.

Verum invidæ veritati flammæ pretium libris fecere; sic divinus (r) Plato, tenuis fortunæ vir, Philolai Pythagorici codices decem millibus denarium, hoc est, trecentis Caroleis coëmisse fertur: Sciendum enim (sic recantabat Apelles) (s) Medicinam

(r) Vossius de philoloph. lib. 2. cap. 22.

(s) Ælian. lib. 2. cap. 19.

Ita & Ægyptii Sacerdotes remedia, ut sacrosancta Deorum munera, ne vulgus profanaret, in Ephesii Vulcani sacrario, recondabant.



Αἰσθητικῶν, humanae vitæ & salutis præfidem tanquam rem sacram in templis Æsculapii à Sacerdotibus custodiri solere, ne à profanis anatrologetis conspurcetur: Postea vero apud Dorognidos deflagrata æde, illo γραμμικὸν λακίον, Hippocratem, clinicæ primo invigilantem, aphoristica consignasse opuscula. Siccine ἰσθμῶν traduces Patrem rigide censor? Nonne tibi sufficit, quod tui penicilli artificium cum ipsius naturæ veritate ceteret? ita ad similitudinem præcisum, ut crediderim etiam animorum esse picturam. Sed hæc multo ζηλοτυπίας percitus cæstro effuderis necesse est, Apelles bone!

Non extra hanc insulam concedemus in Cappadociam, ut videamus Heram Medicum sui pharmaci stipticitatem correcturum, illud tres menses sub terra defodere, ut putrefactionis ingenio λεπτομερῆς ἔργον substantiam recipiat: Neve priscos ad Myropolin Græcos Mariæ balneum extruere, quo medicamina arteriaca & stomatica, quæ Arabes *Loch* vocant, conficiebant.

(r) Septem  
concertant  
urbes de pa-  
tria Homeri;  
Smyrna, Rho-  
dos, Colo-  
phon, Sala-  
min, Chios,  
Argos, A-  
thens.

(u) Minut.  
Fel. in Octav.

Quippe tortuosis isthmorum sinibus intricati intuebamur (r) certaminis inter septem Græciæ metropoles de Homeri patria reliquias; ac Herodoti, Dionysii-que, non Siculi istius Tyranni, sed utriusque Halicarnassæi, natale solum: Ast ab errabundis transfretationum gyris summo-  
pere delassati, remenso mari, Maltam Siciliamque prætervecti, (u) Ostiam, amœnissimum Latini littoris ostium, petimus, ut

nova

nova annona itineris gravaminibus blandam & appositam reconciliaremus curationem; ubi leniter adspirans aura membra vegetabat, nosque ad Romanum Tiberina alluvies illiciebat solum, scientiarum & artium folium: Ubi (dum in transitu occurrerat Mediolanensis Septala; qui sine carbonum igne, ad lampadis ellychnium, in aheneo furno destillata ex aromatibus olea promebat; alibique profundus mysta Travaginis, Pisanusque Rhedius ac Bononienſe oraculum Malpighius) ubi, inquam, gravissimi vetustate Doctores à cruda ætate mea immaturos exigebant fructus; quos equidem exilis ingenii angusta mediocritas tenues admodum parit: Quamobrem ut tyrunculo mihi liceret eorum *παιδαγωγία* vigilantissima taciturnitate venerari & visere antiquitatis monumenta, rogavi: Hinc enim variæ prostabant pictæ tabulæ, ea manu natæ, quam Apelles suæ prætulisset; Hinc exitialis Cleopatæ luxuries, quæ Chymiatricæ arti suprum inferebat, dum pretiosissimum gulæ delictum acido colliquaret unionem succo: Illinc Medea Creusæ pellicis coronam, naphtha illitam ad sacrificii ignem de facili accendebat: Isthinc confurgebat magnæ autoritatis vir, nî me visus fefellit, Galenus, suis inculcans auditoribus; Ne in *θεγαμία* extra vegetabilis regni pomœria profiliarent temere; morbos tamen contumacioris indolis fortioribus utcunque indigere mediis, seu,

R +

(\*) alterum

(u) Ut sapiens quidam hujus mundi ait, inquit D. Augustinus de Salustio,

(u) alterum alterius auxilio egere. Cætera grandis erat & pudica Galeni oratio, non ventosa loquacitas, sed naturalis quædam pulchritudo per omnem medicinæ tractum ditissima. Veruntamen ejus sectatorum multi, indelebili præjudicio turgidi, mentem magistri enormiter retorserunt, nil ferme præter destillatas aquas (enervem ut plurimum vegetabilium rorem) adustos sæculentosque syrupos (acidi spiritus promoscondos) ægris propinantes; cum gratissimi longeque efficaciores succorum rivuli, vel saccharo edulcorandi vel ab aeris contagione oleo præservandi fastidiosas aquarum inundationes emendare possent.

(x) Præfat. nuncup. in Alchym.

Dominentur sæviantve in subjectos Monarchæ; bona tantum fisco tradere, aut corpora mancipare, & qui est crudelitatis apex, truculentæ dare neci, possunt. Sed Chymicæ subsunt creata omnia; Tantus enim ille non est physicus, qui Chymicus non est: Et si cum (x) Libavio fas sit profari; Medicus ille nequit esse magnus, cui Chymia non est magna. Vultis altiora hujus artis latifundia, Auditores? Dum pedibus terram Chymista calcat, visu metitur cælum, atque planetarum dupondio metallorum vires coæquat, minorique titubantia, quam judiciaria illa astrofophia, ad microcosmum corrivat eorum influentias; ita aureus sol, benignum illud universi cor, deficientia solatur mortalium corcula; non illud, quod cruditate con-

tumax

tumax digestionis piftrinum eludit, quod pharmaceutæ ideo prævaricanter confectionibus admifcent foliatum; Verum quod lævigatori Chymia dolabella politum, folutumque & fortaffe potabile aurum, cæteraque id genus, quæ laboriofa caritate ex auro eruuntur, blandiffima fecus medicamina. Ita, quod falcatæ dedit Lunæ nomen, Argentum, uti in noſtra frigidi depluit ſtillicidiis capita; ſic ſimili deliquiarum turma ex (y) frigidi humidique metropoli in inferiores ru- it corporis partes, quam lunaria debellant pharmaca, dummodo Chymica ordinata

dextra: Per hanc quæ antea toxicum, modo alia ludat imagine Luna, illico dat antidoton; ut quæ tantis guttarum copiis deciderat pituita, eandem educat Lunare vitriolum, & è venis, hydropis laburra diſtenſis, fuget. Sic quod rigide areſcit Saturni fidus, atræ bilis ferax, fera melancholiae ſtigmata teneris infantium artibus inurere creditur; ſed idem alia in cœli domo, hilariori prædominante aſtro, mitigatiorem explicat adſpectum; quamvis terreſtris ille Saturnus, plumbum, longè certius (z) adſtrictivo ſui refrigerio increſcet; & in obverſo *διπρωβελος* ſigno hypochondriacam diſſipet melancholiam ardentiffimus & auſtero-dulcis Saturni, lieni pri-

(y) Sic cerebrum nuncupat Hippocr. lib. πρῶτῃ ἀρ- χῆν.

(z) Num ob hanc triplicatam (adſtrictionis videlicet, refrigerii & increſtationis)

energiam tricorporeus fingitur Saturnus, veluti teleſcopio jam obſervatur, ſicuti & Venus, Jupiter vero quadricorporeus?

us inimici, spiritus: Plumbi vero sal, balsamifque & oleum, mira ulcerum solamina. Ita Veneri dicata Venus; quæ si benigna sit, Lucinæ audit alumna, suaque tinctura convulsionibus ab utero opitulatur: Sin aliter, vel anodyno suo sulphure pruriginosa inducit infomnia, vel cum Mercurio præcipitata phagedænica curat ulcera, virulentoque auxiliatur gonorrhœæ contagio genitalibus amicum cuprum. Ni foret extra scopum, Zwelferi universale menstruum, seu Hartmanni spiritum esurinum è cupro, ex volucris Veneris vitriolo parandum, producerem, aut dealbatam deauratamve producerem Venerem, splendidum culinæ ornamentum. Ita Lunæ æquabile stannum mirandam matricis suffocationibus præstat opem, laxatosque stabilis spermatis canaliculos, ac si vicissim lascivire vellet Jupiter, planeta cætera benignior, coelique dictum jecur, amatorium illud in microcosmo viscus. Ex plumbi fumigante perpetuo butyro perlas fingit cosmopola. Jovem ferocissimo assultu sequitur post terga Mavors, austeri fervoris planeta, uni (a) amicus Veneri; sed apud Spagiricos Mars sonat difficulter fusile ac malleabile ferrum; quod ex (b) crassissimis, hamatis & (c) angulatis, (d) coch-

(a) Mars enim & Venus se mutuo præcipitant & transmutant. Huc

revocetur Ovidiana illa fabula, lib. 4. fab. 5. (b) Hinc rubigine facile eroditur. (c) Nic. Steno de solido intra solidum, &c. (d) Juxta Renari hypothefin.

leatimque

leatimque inter se contortis ramentis phy-  
sionomistæ compingunt: Verum num ex  
tali particularum positura patefcat diffe-  
rentia inter (e) Martis crocum aperitivum  
& obstructivum nulla corporum hetero-  
geneitate diversum, valde hallucinor;  
Nam (f) sola ignis graduatio hujus dif-  
crepantiæ causa dici potest; ubi obstru-  
ctivus longa ignis arrosione adstrictionem  
sibi adsciscit; è contra aperitivi croci,  
qui per sulphuris magdaleonem liquefunt,  
glomuli, austerum in nostris corporibus  
succum alliciunt, hinc prolecta bile (g) de-  
obstruunt, inde menstruale foeminarum  
tributum exigunt, sive in (h) vitriolum  
redacti, sive (i) in fontibus diluti, sive  
etiam (k) crude assumpti. Attamen par-  
ticularum dislocatio metallorum durissi-  
mum (l) chalybem, Martis prolem, gignit:  
Ignis enim metallum destruit, con-  
struit. Tandem vivacis prodit indolis  
(m) Mercurius, fixæ quietis nescius, nisi  
jugi molimine flammæ ligetur. fixeturve  
putata quibusdam panacea, vel Joviali su-  
mo induretur: Hic est Alchymistarum  
ille Proteus, qui chamæleontæa variega-  
tione vel quadringentis subjacet processu-  
bus; qui ex corrosivo sola ignis tortura  
fit dulcis; quo dira temeritate luxuriat  
barbitonorum ac circumforaneorum grex;  
Si etenim (n) Mercuriales seu volubi-

(e) Pechlinus  
de purganti-  
bus.

(f) Aliam  
dat rationem  
Schroderus.

(g) Mars  
quippe etiam  
dicitur ma-  
crocosmi  
biliaria vesica.

(h) Omnia  
etenim metal-  
la, excepto,  
quantum no-  
vi, Sole, in  
vitriolum fa-  
cile redigun-  
tur, quoniam  
ex eodem  
constantur.

(i) Respiciat-  
tur Henry de  
Rochas des  
caux ferrugi-  
neuses.

(k) Uti ex-  
pertus affir-  
mo.

(l) Hic ex  
particulis ob-

longis instar lignorum scissilium constare putatur; compactior  
quippe est. (m) Cujus particulas Jimavi alibi. (n) Hoc est, quæ in  
horoscopo Mercurius dominatur nascentibus.

les

(o) Namque etiam fursum Deus dicitur Mercurius.

(p) Nam si ore continetur & tangatur pedis digito, alia ve corporis parte, hydrargyrum adhærescet illi, ore contento, auro. Soli etiam in cœlis proximus planeta Mercurius est.

(q) Quæ sit præcipitatione Mercurii cum Luna.

(r) Argenti enim & auri particeps est, in aqua forti & regia solubilis, Mercurius.

les amafii (o) furtivo contraxerint osculo contagium, virus demit Chymica politus manu; ast circumspicere exhibendus Mercurius, pulmones quoque suis irradians influentis; Nimio quippe usu lymphæ canales erodit, & ipsa ossa carie exedit, qui ipsis metallis rubiginem inducit vivi odor argenti; cujus mirificæ penetrationis testis est (p) Sol ille metallicus. Jam non omnes hydrargyrum præcipitandi modos referam, non Bovii Herculem, arcannumve corallinum, Lullii spiritum, Mercurii astrum, aut jucundam visu (q) philosophicam arborem, caterave ex hoc (r) hermaphrodita, semimetallo, spiritu hoc acido-ficco, parabilia: Nedum omnium metallorum in communi vita præstantiam, & in theoria difficultatem, recensabo: Quippe nimis spatiosus hic est oceanus, quam ut unico dissertationis cursu trajici queat.

Vereor, ne me ingenti sarcasmi turbine circumdent, quotquot ultra Chymicæ horizontem sub alio scientiarum sole apricantur; quod ex spagiricis ergastulo transfiliam in *μυθολογίας μυθήματα*: Enimvero, si in antiquitatem nostro penetremus telescopio; Chaldæi fuere, qui terrestrium mutationum rationes in cœlis è siderum characteribus computabant; quos infectatus

tus Pythagoras, ejusque affecla Plato, Philosophiæ arcana ænigmatum involucris obtexerunt, ut ἀγνοήτες suis arcerent facris. Ecquid aliud tota Paganismi (a) θρησκεία, (b) ingenii culta, non legibus tradita divinis, designat? Ea equidem studio imitati sunt primores Alchymistæ, ne à profanis contaminarentur tantæ artis κενύματα, dum in secundis vagiebat incunabulis Chymia: Inde Geber Arabs, Raymondus Lullius alique Platonicos se professi sunt, ac fumantes fornacum sudores fabularum pigmentis fucarunt: Ægyptii fuere, quorum templa marmore cælata, pictaque auro humani ingenii fastu turgebant; sed intima illorum sacraria ridiculum occupabat Numen. Tristis quispiam censor transferat hæc ad secretorum ventilatores, qui sua, quasi arcana, suavia sæpius infomnia (male nata, pejus educata, pessime manumissa) tædiolæ hariolationis velo tegunt & fuce oblinunt, obscuritati litantes, acsi nolint intelligi, dum plurimi eorum vel vix merentur legi: Aliorum vero retusæ mentes pro sui mensura ingenii in angustas cogitationes ignobili diffidentia se damnant.

Quamvis artificum vitia non sint imputanda arti, excellentissimæ Chymix, cujus indefiniti limites ultra regnorum fines protenduntur; ubi circumferentiæ telluris partem tenent Reges, toti cum centro peripheriæ imperitant Chymici; quorum utraque manus sceptro præfulget & ense: Dextra, Jovis alituum instar, ignem capessunt,

(a) Vide Natal. Com.

Mythol. lib. 2. cap. 2.

(b) Justin. histor. lib. 2.

Nisi gentes quæ legem non habent, natura quæ legis sunt faciunt. Rom. 2. 14.



(e) Ita Propheta Regius  
Psalm. 12. 7.

(d) 2 Petri 3.

(e) Qui in ethnicismi tenebris mundum incendio in postremo die colliquefactum iri, praeviderunt.

(f) Confer 1 Coriuth. 15.

(g) Lib. 1. antiq. Judaic. cap. 4.  
(h) anal. lib. 1.

peffunt, ut quæ per coelestem ignem nata sunt vitam, per ignem in primigenia fecernant rudimenta; quæ si divinæ rexit particula auræ, eadem post mortem novam præstolantur vitam; Quos enim divinum flamen rationali fidelique anima imbut, eisdem *θεωρηματις* spiritus futura beabit vita, ubi purificante ignis elemento tempore novissimo (sicuti (e) argentum excoctum in fornace terrea, defæcatum septemplex) probati fuerint, exusti & æstuentes soluti (prout ad (d) Apostolici Vatis mentem præfere (e) Stoici) ut (f) depositis veteris hominis exuviis innovata corporis indumenta spiritus alter alat. Sinistra vero aquam, rerum omnifeminarium, simulque salini corporum vinculi colliquamentum, Chymistæ tenent; ut quæ per aquam ex sale producta sunt semina, per eandem corporum demetant stamina: Sic ubi Reges urbium pessulis, potiuntur naturæ clavibus Chymici, dum salem & oleum, omnis unionis ligacula, binis his rerum destructoribus ac earundem authoribus, igne & aqua, creant & interficiunt: Et in hoc quoque *τὸ θεῖον* aliquid latitare videtur; ea enim *τὸ πνεῦμα* vicissitudo est, ubi spiritu, seu igne, quolibet vivificavit Omnipotens, ut eadem peccatorum agminibus obruta universi tandem cataclysmo diruerit, quò cum terræ filiis ipsum etiam sal terræ colliquefceret. Hinc (si verum, quod (g) Josephus & (h) Zonaras) Sethus, Adami prima de classe soboles,

boles, vir ingenio, pietate, & naturalium peritia rerum cæteros antecellens, cum ab Adamo intellexisset, fore, ut pulcherrima hæc mundi machina vel aquarum inundatione vel ignis incendio pessum iret; quocirca, ne tam præclara disciplinarum monumenta obliterarentur, axiomata sua duabus columnis, uni ex lapidibus, ut aquæ, alteri ex coctili latere, ut igni, resisterent, literis hieroglyphicis (quas animalium effigies fuisse perhibent) inculpfit: Utque ethnicismus cum christianismo in eo concinat; Tandudum imprecandus erat Prometheus, ut ferulaceos falces Titanis axi furtim adfricaret, quo vitam mortalibus foeneraretur; <sup>Ἀλγεῖν</sup> pariter Neptunum agnosceret patrem Venus, ut aqua materiem, ignis motum, aggereret; adeoque nobilium organorum habenæ ad nutum Chymici flectuntur: Imo si vel unius aquæ efficax decus deprædicare luberet, hujus artistæ diadema splendidiore, quam vel Imperatorum, emicaret decore. Verum fat gryphis scrupulisque datum: Alioquin omnium rerum ortus interitusque, generatio nostrique regeneratio, ab aqua per ignem profuunt: Ita (ut reliqua naturæ regna præteream) dummodo aqua plantarum viscera suffarciat, immensa sumunt incrementa, faustus dum adest fotor sol; cujus antitypus (i) in principio aquis incubabat Dei spiritus. En ortum! Tuin fulminat incassum Jupiter, dum cataractas Neptunus referat, ut ruinosas cœlum destillet dilavii lacrymas;

(i) Genes. 1.

(k) Exod. 14.

(l) Johan. 1.

(m) Matth. 3.

(n) Ptolomeo  
Jameſa, Or-  
telio Jamiffa,  
Cæſari Ta-  
maſis; quæ  
ex duobus  
confluenti-  
bus conſtat,  
qui ſunt  
Tama & Iſis,  
connubio jun-  
ctis: Mercat.  
in Atlante.

mas: Enimvero, ſi prioris mundi futuræ  
hujus deſagrationi connectatur inundatio,  
igneus ſuccedet aqueo cataclyſmus. Ecce  
interitum! Tandem regenerationis prænun-  
tium tulit (k) Iſrælitarum per aquas, quæ  
ahenei inſtar muri erant, tranſitus, ſancti  
prodromus lavacri; in quo ille qui (l) pone  
Baptiſtam venit (m), Jordanis primo in-  
tinctus undis, aquæ igneum infudit ſpiritum,  
æternæ præconem vitæ. Sed ne ſcopu-  
loſo ſub littore cani & minanter ſpumofi no-  
ſtram nimio opere quaſſent carinam fluctus,  
neve toroſæ rabiidæve undæ ingenti fra-  
gore eandem divellant, obliquemus cur-  
ſum, atque ſecundo vento agilique rate  
ſeros navigemus ad Indos.

Priusquam verò benigno Bataviæ exci-  
peremur ſinu Gallorum actas viſimus,  
Gubernatori illico injungentes noſtro, na-  
vium ageret in fluvium, cui (n) Tama &  
Iſis nomen impoſuere: Ardentiſſimo e-  
nim flagrabam deſiderio cognoscendi, quid  
Vicecomitis Albani profeciſſet inſtitutum  
Baconis, qui in nova Atlantide domum Salo-  
monis, Regiam ſocietatem jam dictam,  
fertiliſſimo fundavit calamo; quo, tanquam  
Pegaſi ungula, omnigenarum artium &  
ſcientiarum fontes percuffit & aperuit; ex  
quibus tot Matheſeos principes, tot Ana-  
tomes anteſignani, tot Botanices coryphæi,  
tot Medicæ alteriufve praxeos primipili,  
tot Mechanices miracula, tot denique clarif-  
ſima *πνευματικά* lumina, emerferunt; acſi  
Dædalus Minervæ conjugus ibidem fixiſſet  
ſedem:

sedem : Ego equidem super omnes miratus sum Scepticum in experimentalis philosophia oraculum, Robertum Boyleum; cujus de divite scaturigine labra olim prolui mea. Sed dum hunc oculis subtractum, intimis tamen sensibus implicatum, lugebam, obviabat navigium, bellicosi Achillis clypeo insignitum, qui non plus agriculturæ tribuit & doctrinæ, quam vernis floribus boreas, aut maturis frugibus imbres continui : Nostra vero navis pacifici Salomonis gestiebat scuto, hoc vomere & aratro; Cereris enim nutrix pax & alumna Minervæ est : Occurrentem itaque appropinquantes ratem celocem piraticum esse percepimus; quocirca ereptam super carinam volitantia pandimus carbasa, donec de fluctibus extulisset pedes; ubi de periclitante navi securis osculis beatioris terræ arenulam salutavimus : Quippe in Patria nil nisi horrendus crepat Gradivi boatus; ubi jam triste pelagus, quod pleno copiarum cornu in locuples Patriæ gremium opes effuderat, in telluris istius intestinis omnia è terra nascentia diripit atque necat; Languescunt enim illic marina enectæ aqua arbores, extremumque fundunt singultum lassas demittentes comas plantæ & ad cœlum ejulant miserrime : Quapropter prædives Bataviæ littus gratissimo horrore contemplabamur; ubi captarum spolia navium offendimus & formidandam hostibus classem, tum quæ aromatum convehabant divitias, Chymicarum tinctorum

S

rum

rum dapes, tristium solamina: Inde pavoris gravamina dispuli, & cum dirissima calamitatum Patriæ luxuria cœpit incrementa animus: Quare, possetne quid ad belli apparatus conferre Chymia? perpendi; & ipse tormentarius pulvis hanc sui inventricem agnoscebat; tum quæ minus communia sunt, investigavi, fulminantem inter cætera Solem; qui cum tartaro post sui solutionem præcipitatus, horrendo pariter & fragoso detonat boatu, inter astra calidissimus, inter metalla totus sulphureus: Hoc fulgurante auro (si forte victricis Batavorum dextræ non cederent vel suoapte dederent Gallorum rates) & ni natura arti immodicum junxisset pretium, leviori opera naves, etiam ad submerfionem, diffringeret ignipotens aliquis, quam vel centenis tormentorum globulis, dummodo expansivo hoc depressore, auri sulphure, æolipilam bene inferierit, projecit bene. Fulminis illa tonitruque imitatrix virtus non est imputanda tartaro, cum ille pyrio pulveri strepitum adimat, licet boraci mixtus sclopetata disrumpat, imo licet cum nitro paratus & cum vini spiritu cohobatus in fulminantes transmutetur crystallos. Mars vero viliori stipendio *πυροτεχνίτης* admittit, Sole enervatior, retro quidem & deorsum fulminans, ut aurum; sed quoniam hoc sulphure summe fixo scatet, rudior vero & indigesta magis ferri moles est, non ita firma particularum ligamenta, neve etiam  
adeo

adeo arctam pororum compaginem nacta, tanta <sup>in dorsis</sup> vi non exploditur, mugit destruit. Si solitudo loci militem igne destituat, ex arenis incendiariis funibus solo frictu fumum flammulamque excutiet; sed si Chymiam calleat, vel ex ipsa aqua ignem suscitabit; si picis navali ac Græcæ sulphur, tartaro ac petroleo ovi vitellum, singulis calcem vivam admisceat: Sic non indigebit tam fortiter inurentibus speculis, quibus Archimedes hostium triremes accendisse fertur: Vidi equidem quæ metalla funderent, lapides calcinarent, exurentia vitra, ex dealbata Venere haud perperam conficienda. Si purgantia deficient in itinere medicamina, habeat saltem paucas ex antimonii regulo pilulas, perpetuas dictas, quia duæ tales integram legionem ab alvina liberarent sarcina.

Jam ergo de novo tendamus vela, & more majorum navigemus ultra Garamantas & Indos; Galeno etenim placuit trajicere in Cyprum, ut chalcitidem, amifi & sory, aliaque metalla dignosceret; tum ob Judaici lapidis bitumen asphaltum, in Syriam Palæstinam & in Lemnum, insulam Vulcano sacram, profectus, ut, quantum hircini sanguinis terræ Lemniæ miscerent, præfens spectaret: Confescent itaque in scholis Medici, si seplasiariis credita velint pharmaca, ut ve-

S 2

rorum

(a) Lib. de  
aer. aq. &  
loc.

(b) Ut ipse  
lib. disto &  
lib. prognost.  
testatur.

(c) De quibus  
Zwinger. in  
exam. princ.  
chym. cap.  
11. Ubi pro-  
bare conatur,  
Chymica re-  
solutione &  
præparatione  
medicamenta  
vires non  
amittere.

rorum defectus succedaneis refarciatur :  
Ab (a) Hippocrate erudiantur, & quam  
necessarium sit Medico corporum tem-  
peramenta, animorum passiones, juxta or-  
bis climata nosse, intelligent, ut ad cujus-  
que loci genium morbos distinguant  
& medicamenta dispenfent : Quocirca  
(b) idem ille Cōs descendæ ac faciendæ  
Medicinæ gratia Delum, Libyam atque  
Scythiam peragravit.

Hic igitur fundantes anchoram intre-  
mus vegetabilis regni viridaria; ubi Sa-  
bæa spirat messis, biferique rosaria Pæsti,  
nostramque Botanosophiam trutinemus,  
vel contemplative; Cum plusquam A-  
donidis Alcinoive, Tantali aut Hesperidum,  
superbos hortos lustrabimus : In iis  
singulas plantarum, fruticum, arborum-  
que species, fationis, germinationis (c) col-  
lectionisque tempora, ac natale solum;  
in iis florum variegationes, foliorum sche-  
mata, fibrarum mæandros, radicum exser-  
tiones, observaturi; & præcluso ad vi-  
reta, quæ hic abunde patefcunt, aditu,  
in latissimo librorum campo animum o-  
culosque pasturi; quibus qui solummo-  
do insudant, hoc tantum proficiunt, ut,  
cum in hortum venerint, putent, se in  
alium terrarum orbem delatos; Erasistra-  
tæis Alexandrinorum Medicis similes, qui  
domi desides ex sola librorum lectura ac  
plantarum pictura (non equidem parvi  
faciendis in *βοτανολογία*) magnos se autu-  
mabant Apollines; Qui, ex folis Geogra-  
phiæ

phiaz chartis navigationem docti, pelago  
ubi se crediderint, scopulis, prius non ex-  
ploratis, navim illidunt: Idem accidit li-  
brorum helluonibus; Nam quadripartita  
anni tempora non in libris, sed in hortis,  
variant; quapropter ἀντίπτερος, ἀντίπτερος  
fit Botanicus, & operetur vel igne, quæ  
Chymica vegetabilium resolutio dicitur,  
quæ vires principiorum constituentium  
ἀπορίσσει perquiruntur; vel cultro, quæ mi-  
hi βοτανολογία appellatur.

Ignis scalpello dissecantur in quinque  
primordia quælibet vegetantia; sal nempe,  
cum volatile, tum fixum; quorum illud di-  
us est succi alimentaris comes, ignis a-  
mor, æris pullus, primus vitæ genius, na-  
turæ delictum: Hoc jam (d) Stagyritæ  
notum ævo, qui Umbros cinerem arundi-  
nis & junci decoquere aqua solitos, do-  
nec exiguum superesset humoris; quem,  
ubi refrixerat, salis copiam dedisse testa-  
tur; Columni itidem quemque salis memi-  
nit (e) Plinius: In cinereo quippe sale Chy-  
mistæ quærit, ut ab immundi luti amplexu  
liber, glaciatur in solidas ac gemmantes  
micas, acidorum spirituum affusione ma-  
jores; licet tum in eundem medentis  
non colliment scopum: Harum figuras  
dinetitur Mathematico-philosophus. A sa-  
le voluci non differt, nisi colliquatione,  
spiritus. Hinc sequitur oleum, calor il-  
lud habitaculum, ignis sustentaculum;  
hujus varietatem, quæ tum ex colore, tum  
volatilitate, tum operatione, micat, an-  
gusti

(d) Aristot.  
lib. 2. Me-  
teor. cap. 3.

(e) Lib. 31.  
cap. 7.



gusti non ferunt dissertatiunculae cancelli; Unum tamen proferam, delitescere in aromatibus volucre oleum (alias tergenium illa lacrymantur) quod digitorum pressu ex recentibus prolectatur corticibus, quodque in arefactis & genitali madore orbatis perit. Hoc rorulento pinguique succo exsultant (f) rosae, lilia convallia, alique subtilissimae fragrantiae flores; quocirca, si mea res ageretur, illos è spirituofo menstruo destillarem virides: Sed nascentis Chymiae artificium fuit, exsiccata deligere; quamvis adultioribus experimentis jam sit compertum, plurimas, dum vegetae sunt, dum succulentae, majori emolumento dissolvi, praesertim fermentationis ope, qua humor primigenius, aqua illa vitae, transmutatur in igneum & pars terrena movetur ac in aërem convertitur: Sic de fermentatione loquitur (g) Plato: Sic si (h) fulgentia auro poma, praemissa putrefactione, destillentur, copiosius & efficacius promunt oleum, leniter, ob empyreumatis metum, evocandum, vel ab adusto focio, spiritus vini combinatione, liberandum; nam spirituosus succi virtus in dissipabili parte latet, exsiccatione vel evanescit vel corrumpitur: Ideo haud Veneri Gratiisve litat, quod ex aridis exhauritur, nisi forte rectificatum. Atque ita plantarum corpora in tria membra activa discernuntur, quae in clyffo vegetabili accuratius reconcinari possunt, quam olim Virbii artus compegit Aesculapius.

Post-

(f) Baco fylv.  
sylvar.

(g) In Timaeo.  
(h) Ita mala aurantia vocat Lucan.

Postquam sic viva ac spirantia vegetantium corpuscula quadantenus evisceravimus, tempestivum foret ad exanguia eorundem cadavera progredi; Terram scilicet damnatam, etiamli utcumque beata sit, mortuam dictam, cum sæpe sit vivax, sterilem, ubi fertilis, semen animare ac vegetare apta: Denique phlegma, salino plerumque imprægnatum foetu. Hæc est quæ per ignem fit analysis, qua totius crasis communiter solvitur, imo qua ex (i) toxicatis sæpe fiunt medicata.

(i) Ita asarum & cicuta, acria secus venena, ex infusione aut decoctione in aceto sunt medicamina diuretica. Vide Helmont. & Bencalhi. in observ.

Interim iusta querimonia naturam fatigarent vegetabilia, quod naturæ nostræ amiciora ingentem Medicinæ præstent utilitatem, & tamen reliquis naturæ regnis posthabeantur à Chymicis. Majus sane decus à professorio præstolentur cætello, qui *οὐ τὴν* stamina non destruit, sed rimatur, viscera eorum non colliquat, sed explicat; qui non modo exteriorem plantarum faciem circumcidit, vel extrema enucleat involucria; sed & interna parenchymata, fibrillarum in radicibus compages, interiorem trunci medullam, mæandricos fructuum canaliculos, reticularia vasorum in foliis decussamenta, cancellata feminum incunabula, nucleorum loculamenta; verbo, abditissima quæque penetralia ressecando detegit, detegendo

S. 4

illustrat;

(k) Corn.  
Celsus præfat.  
lib. 1.

illustrat: Sic ubi scepra squalent Regum, anatomicus adhuc dominatur culter, sævitie multa haud plectendus ab obrectatoribus industria, Erebi nepotibus. At tamen quod plantarum extra exenterat scapellum, vivorum laniena hominum non delectatur, ut carnifex (k) Herophili manus; ideoque putrilaginis spurcitiæ dedecorandum non est, quod æquè animæ solium, quam fæcum stabulum, indagat: Quamvis botanotomia nasutulis delicatiora apponat bellaria; quæ licet primo obtuitu flocci videatur, suoapte nihilominus uberrimæ frugis est; dum in humano corpore minimæ viscerum moleculæ microscopii aciem multotiens fugiunt, cujus impotentia auxiliatur analogica hæc vegetabilium *μικρολογία*.

O excellentissima Botanica! Divinum munus, Regumque delectamentum; Nonne enim Deorum interpres Mercurius herba moly Ulysses contra veneficia Circes munivit? Nonne Lyfimachus Macedonum, Gentius Illyricorum Rex, Eupator, Mausolique, Caria, Asia minoris regni, moderatoris uxor Arthemisia, indefesso herbas scrutati sunt studio, reperitasque suis donarunt nominibus? Unde Lyfimachia, Gentiana, Eupatorii (cujus lacteo succo oculorum caligini medicabatur, & serpentum proffigabat toxicum) Arthemisiaeque, plantarum orti sunt tituli: Et si recentia placent; Pontius Nicoce, occidentalium Indiarum sub Eli-  
fabe-

fabethæ, Angliæ Reginae, moderamine  
 Gubernator herbæ (aliis Reginae insigni  
 superbientis, quia sub illa inventæ) Eu-  
 ropæis, non Asiaticis, tum incognitæ,  
 nunc nimis familiaris, Nicocianæ idioma  
 impertiit. Ecquis non novit Fabios, Len-  
 talos, Pisones, Curiones, Cicerones, &  
 cæterorum illustria ex herbis nata nomi-  
 na? Quod institutum nostro etiam seculo  
 imitatus est Dux Aurelianensis. Nonne  
 & Euphorbus, Jubæ, Regis Mauritanie,  
 Medicus herbam sui nominis per abrupta  
 coeliferi Atlantis cacumina quæsit &  
 inter saxa repertum eruit? Nonne Evax,  
 Arabum Rex, præclara de simplicium me-  
 dicamentorum facultatibus volumina edi-  
 dit, & Neroni dedicavit? Uti Pythagoras,  
 primus Botanicæ scriptor, suos de her-  
 barum virtutibus tractatus Apollini & Æ-  
 sculapio, tanquam solis Diis digna donaria,  
 consecravit? Nonne quoque Medorum  
 Persarumque Monarcha Sabor multos &  
 ingentes de re medica & botanica codi-  
 ces ipsemet accuraverit, testabitur (1) Pli-  
 nius; Meminere insimul etiamnum hodie  
 dispensatoria syrups de pomis Saboris.  
 Nonne Cratevas, Dionysius & Methro-  
 dorus plantarum effigies depinxere, &  
 subscribere vires? Nonne Mithridates,  
 Parthorum Imperator, venenorum magi-  
 ster idem qui antidotorum artifex, rei  
 herbariæ peritissimus fuit? Sub ejus titu-  
 lo cluet excellentissimum illud Mithri-  
 dati alexipharmacum: Præterea Cneus  
 Pom-

(1) Lib. 28.  
 cap. 2.

Pompeius in Mithridatis scriptis offendit antidoton ex ficibus, ruta ac fale confectum, atque à Plinio, Dioscoride ac Aëtio contra pestem valde commendatum.

O antiquissima Botanica ! quæ cum nato orbe nata ; Hortum enim primo parenti domicilium & velut sedem beatæ vitæ Jehova dedit. Quis (m) Rachælem & Lyam, steriles Jacobi uxores, mandragoræ poma infœcunditatis antidoton esse docuit ? Reuben equidem, sed mandante Elohim. Quis (n) Ezechiam Regem emplastro de ficibus malefuadum apostema maturare injunxit ? nisi Deus Israël. Verius ergo quam Apollo ethnicus enuntiet orbis conditor ; (o) Inventum Botanica meum est, &c. Hac postea inclaruerunt Salomon, Chiron, Apollo, Pythagoras, Democritus, Theophrastus, Dioscorides, Serapio, alique ; uti in lignorum & lapidum cognitione Aaron & Evax ; in metallurgia ac mineralogia Mercurius ille ter maximus & Mefue. Super omnes tamen gentes in herbaria medicina excelluerunt Ægyptii ; illum enim ab his Valgius Romanus & Pompeius Lenæus, Pompeii Magni libertus, ex bibliotheca Mithridatis, à Pompeio devicti, primo Romanis exhibuerunt ab ipsis jam deductam Diis Botanicam : Sic namque Venus, Æneæ genitrix, Cretæa carpfit ab Ida dictamnum, puberibus caulem foliis & flore comantem purpureo, ut occultè medicaretur, sparge-

(m) Joseph.  
lib. 1. antiq.  
cap. 28.

(n) Esai. 38.

(o) Alluso ad  
illud Ovidii,  
&c.

spargeretque salubris ambrosiæ succos & odoriferam panaceam; unde omnis dolor de corpore fugit & stetit imo vulnere sanguis: Eapropter *ἡ θεὰν χείρας*, salutare Deorum manus, medicamenta vocavit Erophilus.

Non hic Cyri Regis fata plantaria, non Semiramidis pensiles hortos, non Masaniſſæ novum celebremque cultum producemus.

O jucundissima Botanica! in quam tam cupide consensere selecti quique inter gentes, ita etenim naturali pulchritudine scates: Quot non nitelas, quot non pigmenta effundis Veneris Gratiarumque sedes! Quot illustria capita, sepositis aliis curis, omnem tuis deliciis non dicarunt curam! Sic prifca illa Roma Tarquinium, molliter in viridario deambulantem & papaverum capita refecantem; Catonem Censorinum, rei hortensi deditum, & de ea serio scribentem; Lucillum, post Asiaticas victorias, in eadem otiantem; Sullam, abjecta dictatura, suaviter in ea senescentem; Diocletianum olera & lactucas purpuræ & sceptris præferentem, vidit.

Utinam & mihi umbratili sub circumflua ramorum umbra & errante foliorum intextu quies sit atque vita!

Sed eheu! quis me terror habet? communis nostræ Patriæ navis turbidis & amarissimis belli procellis agitur: Attollamur nihilominus, & veluti pisces, in falo nati & alti, falem non referunt; sic etiam nos in medijs tantarum cladum undis nullam  
sevi-

saevitiæ, nullam pavoris labem contrahamus; Ast sicuti nautæ, cum in tempestate Geminos vident, spem evasione concipiunt; ita & nos in his bellorum fluctibus, dum Regum juncta arma contuemur, experiamur animos nostros, Patriæque bona, bona perillustris Societatis, Dominæ ac faulricis nostræ, potius sanguine redimamus, eamus potius per cædes, per cadavera, ut emerfam luctibus libertatem conferremus; ita victricia lauro cingentur tempora, lauro coronabitur ensis, felicitis symbolum Bataviæ: Ita subsequenter meliora ac molliora tempora tantæ tyrannidis nimbos: Namque cœlestis ille Archiarer, postquam emortua membra ferro secuit & ussit, benigna fomenta doloribus mitigandis adhibebit, & profunda illa Patriæ nostræ vulnera tandem lenissimo gratiæ suæ balsamo solabitur, deligabit, consolidabit.


O antiquissima parens Patria! quæ me blando tuo gremio excepisti, in te vagiit infantia mea, ludit pueritia & juvenus exercita est, feros apud Japones brevi exercenda, semota à parente, consanguineis & sodalibus. O utinam omnia animi mei lineamenta in oculos ad fatietatem transferre possẽm, & convertere ad elegantiam sedis vultum meum, conspiceretis intimis implicatum sensibus affectum: His quippe amplexibus nunc, quæso, me tandem longissime ab amicis semovendus & notis.

Ast

Ast madida hæc & natantia verba sunt, quibus nihil expresseritis amplius, quam plebeium opinionis succum; quippe Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor. Cedamus itaque Deo, cedamus necessitati, illi omnia nostra permitamus; Nec enim juvat illacrymari, imo memet ipsum potius lacrymis exstinguerem, quam publicos hos Belgii ignes: Foveamus igitur potius in cordibus nostris flammantia precum pondera: Tibi itaque, ô dulcis Patria! propitium coelestem Patrem; Tibi ô illustris orientalium Indiarum Societas! faventem negotiis, faventem rebus omnibus vestris Deum; Tibi, Supreme Indiarum Rector, benignum Rectorem coeli; Vobis, Nobilissimi Senatores, duodecennis consilia Christi, Christi perennis; Vobis dicatissimi Auditores, communem patriam, coelum.

*Dixi.*





*Wilhelmi ten Rhyne*

DISSERTATIO


DE

PHYSIOGNOMIA,

HABITA

Bataviæ Jacatrenfium

V. Kalend. Maii Anno MDCCLXXVIII.



## O. T. O. M. Deus!

**Q**ui omniscius Univerſes conditor,  
 cordium ſcrutator & renum, non  
 vultuum indiges ſignis, ut intimas cogi-  
 tationes dignoſcas mortalium: Da, ut  
 de *Phyſiognomia* dicturo talis ſit animus,  
 qui tuam gloriam & proximi utilita-  
 tem enixè curet; talis lingua, que tu-  
 am laudem & diſcentium commoda pro-  
 ferat; talia ſint ſingula noſtra conami-  
 na, quibus tui S. nominis exaltetur ho-  
 nor, ſalus promoveatur proximi, pro-  
 pria ſequatur beatitudo.

Ita fiat !

Wilhelmi

*Wilhelmi ten Rhyne*

DISSERTATIO  
DE  
PHYSIOGNOMIA,  
HABITA

Bataviæ Jacatrensium

V. Kalend. Maii Anno MDCLXXVIII.

**I**N studiis melius est res ipsas intueri, Auditores expectatissimi, & harum causa loqui; Ventosa & libero cursu effrænata loquacitas animos, ad magna surgentes, veluti pestilenti quodam fidere afflavit; profusa hæc & vaga licentia corripit concisæ eloquentiæ regulas; grandis & pudica oratio non verborum lenocinio squalet, sed naturali pulchritudine scatet; Asianus ille tumor Attico siccandus est sale; verba rebus permittenda sunt, dicta factis exæquanda; in usum, non in præconium, ducendus est stylus.

Fce.

Fœcundior facundiorque disciplinarum profectus orietur, si quæ in nobis sunt vitia non dissimulemus, & quæ dignissima scitu apertis oculis non transiliamus: Ad rerum tamen dignitatem exeat loquela, pressiore iudicio prompta, & ex facili fluens; & limitata mentis acie constringatur naturæ indagandæ curiosa hexilitas; Mos & lex maculosam edomant linguam; leves & inanes soni corpus orationis enervant: Nil juvat, mellitis verborum globulis penes graves fatorum arbitros gratiæ conciliabula quærere, vel apud tristes censors atroci stylo sermonem effodere; iudicio enim semper officit favor, & se vera frontis ruga arctat candorem: Etiam humili discursui suum stat decus; Sat magnificum, quod modo proficuum: Et quid prodest, seculis duratura componere? Nec publicam, nec privatam, curam manet tranquillitas; utriusque fructus ex utilitate proximi censendus est, quantum communem spectant vitam: Attamen nobilia vetustatis exempla aculeos subdunt ingenio, & fortem erigunt animum, angusto licet Lare jacentem: Hunc ad scientias natura ducat, ars perficiat & labos, usus consummet; cui cum tempore duramentum accedit & robur: Tali ubi dicendum est palam, torosus stylus rerum firmat nervos, & decor animi commendat.

Verum illa eloquentiæ spectant mystas, qui in Rhetorum arena sudant; quales altioris elegantiae artifices in sui seculi li-

T z

teratis

teratis veteres coluerunt; hos venerabundo conamine admirari licet imparibus imitari; illi quippe, aquilarum instar, nubium tenuis altissimè se sublimant supra nostri intuitus terminos; & totum illud spatium, qua pluitur & ningitur, hoc est, profundissimam naturæ abyssum scrutabunda vivacitate pervolitant, velificatasque judicii, quo libet, vibrantes alas, prudenti caudæ gubernaculo acumen mentis dirigunt, & indefessis pennarum (laborum inquam) remigiis se sublevantes despiciunt & singula perrimantur; ubi ingenia illa, cunctabundo volatu pene eodem loco pendula, cuncta perlustrant.

Sed spissior nostras caligo mentes occupat, quæ si lucem captare satagunt, religiosa industria tales consulant aquilas, in eruditionis sudore degere fueras, ut harum pennis supportentur, veluti hæ suos solent pullos, quo in altum evecti assuescant solis splendori, ut ita tener tandem firmetur visus. Sic ergo majorum memoria exemplo serviat, ut si quid sublimis argumenti producendum sit, proponendus est, suadente Epicteto, Socrates aut Zenon, ut ratio non deficiat, qua id, quod objectum fuerit, ritè administretur; Sophocles aut Euripides, ut sufficiant verba, quibus est loquendum; Plato aut Demosthenes, ut decoro ornatu currat dissertatio: Quippe succissi poplites membra non sustinent, hæret offensamen linguæ balbutienti; periit venustas suadæ loquellæ, orationis

tionis cultus sordet, & jamdudum obmutuit. Defricanda tamen est illa mentis ferrugo, ne situm contrahat interpolati conamenti impetus; quamvis hunc inhibuisse satius esset; Si igitur habendus est sermo, vestrum refectius esto iudicium; propensior venia, Auditores desideratissimi; ignoscatis umbratico subitaria proferenti & incondita; hæc etenim talia erunt, qualia vos favendo feceritis: Neque enim in una sede morantur laus diligentiae & celeritatis gratia: Etiam testudo reptando, quod volando aquila, iter conficit; crocitan- do corvus æquè ferit aëra, quam dulce melos fundendo cygnus: Viduato itaque eloquentiae deliciis & elingui favore vestro subveniatis, Aud. Ornatiss. & aures parumper commodetis titubanti.

Principio Assyrii, ut ab ultima temporum memoria exordiar, cum patentissimo fruerentur coelo, trajectiones & motus stellarum adverterant; Quibus lustratis, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset, prædicebant: Quia in natione Chaldaei diuturna observatione siderum scientiam perhibentur effecisse; Ortus enim nascentium ex Lunæ moderamine censabant, & quacunque Lunæ junctæ, natalitias stellas notabant, oculorum fallacissimo sensu judicantes ea, quæ ratione & usu cognosci debuissent. Docent enim astrophie leges, quam humilis feratur terræ fœdalis Luna, & quantum

crisi.

T 3

ea



ea adhuc absit à proxima sibi stella Mercurii, longius a Venere, majori spatio à Sole, cujus lumine coruscant omnes; reliqua autem intervalla à sole ad Martis, hinc ad Jovis, inde ad Saturni vorticem, immensa sunt, indefinita sunt: Institerunt tamen Ægyptii & ævorum longinquitate hanc artem consecuti putantur.

Producit ex magno Dicaarchi libro sententiam Tullius Pater; Nescire ea melius esse, quam scire: Eudoxus, Platonis auditor, & Astrologorum facile princeps, ita scriptum reliquit; Chaldæis, de cujusque fato & fortuna ex natali astro præfagientibus, minime esse credendum: Anchiolus & Cassander, summi suæ ætatis Astrologi, hoc prædictionis genere non fuere usi: Scylax Halicarnassæus, in hac scientia & civitatis regimine excellens, Chaldaïca hæc repudiavit deliramenta: Quæ, præter hos magni authoramenti testes, naturæ confutat veritas & certitudo eventuum; Neque enim nostri est, dispensare dominia superlunarium globorum in hæc infima; neque enim celestes orbis de mortalium sorte dissidia commovent, quæ hominum phantasmata commenta sunt; hoc est, *ὐπερτερεὰ νεπερεσσιν ἄβυσσος*, supera reddere infera, ut Aristophanæo utar augurio.

Jam itaque lucidiora judiciariæ Astrologiæ dogmata profundissima nocte involvuntur: Est tamen inter homines divi-

natio

natio quædam, jam usque ab heroïcis ducta temporibus, sed evidentior nulla est, quam quæ ex vultuum indiciis & significantibus lineis animi hariolatur indolem: Magnifica sane & salutaris cognitio, quæ proxime ad Deorum vim accedit; hanc Græci Physiognomiam, id est, naturæ signum, dixerunt; Per hæc quippe naturæ signa interiores cum animæ tum corporis affectiones in exteriora depinguntur: Ast veteres ἐγγειρίστῳ inopia profectoriae artis paululum rudes in veris hujus scientiæ fundaminibus prævaricati sunt. Quocirca alii ex animalium formis de hominum ingeniis assimilatas conjecturas fabricabant: Alii non indiscriminatim singulorum animantium schemata experiebantur, verum juxta coeli climata, gentium usus & ritus distinguebant, ex quibus signorum animi electionem faciebant: His alii hæreditarias propensiones, à parentibus infusas gnatis, adjiciebant: Cum etenim foetus in utero parentis sanguine, & extra illum lacte, nutriatur; quid mirum, quod infans matris imbuatur affectibus, patrisque potius assuetudine addiscat? Sic (a) Semiramidi (quæ Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit) Matri ac Ninysæ filio lineamentorum qualitas similis, ita ut primis initiis sexum mentita puer credita sit, malier quæ non foeminas modo virtute, sed & viros anteiret.

(a) Justin.  
lib. 1. cap. 1.

T 4

Indif-

Indissolubili saltem lege natura sancivit firmatam hanc temporis diuturnitate experientiam; Mores hominum sequi temperamenta corporum. Animam à corpore pati dicitur ebrietas & ægritudo; ab anima corpus, dicitur amor, timor, mœror, & gaudium, aliorumque animi motuum simulacra. Verum optima mentis, quæ in ratione consistit, portio capitis arcem tenet; irascentia consimilesque affectus procul à ratione ad domicilium cordis deducuntur; Cupido autem & appetitus ad infernas abdominis sedes, ut popinas quasdam & diversoria nequitia, relegantur: Totus vero homo in capite vultuque est, illo animi indice; reliqua membra, ut subjecta machinamenta, ei ancillantur. Hinc est, quod in Socraticæ ac Pythagoricæ philosophiæ arcanis physiognomiæ iacta quam religiosè recondebantur: Illius utilitatem ita expressit nostræ (b) Legislator medelæ; Qui physiognomiæ sunt ignari, anima eorum errore defatigari solet & confici: Qua secus prædicendi virtute comitem puellam salutasset Hippocrates? Salve puella; postridie vero, salve mulier: Erat enim illâ nocte vitiata, nisi peritus Physiognomiæ mysta cluisset. Aristoteli Platonem puerum suum Socrati oblaturus magistro vaticinium hoc responso retulit; Hic est ille de Academia Cupidinis cygnus: In somno enim viderat Socrates oloris pullum ex altari, quod in Academia Cupidini dicatum erat, volasse &

(b) Hippocr.

in

in ejus gremio refedisse, dein cœlum petisse alis, gratissimo cantu aures hominum Deorumque mulcentem: Atque ita intimum Platonis ingenium de exteriori facie conspicatus est Socrates.

Sed quid nos morantur ethnica? Divina autoritate hæc artis fulcitur præstantia: Ita etenim Nehemiam affatus est Artaxerxes; Quare vultus tuus afflictus est, cum non sis æger? Nonne hic est animi tui dolor? Atque ita ex faciei characteribus notavit mentis vexamina. Quapropter sapientissimus Regum sic infit; Animus lætus bene afficit vultum, & animi cruciatu spiritus frangitur. Nec mirum, si perturbato animo faciei fabrica mutetur; Cum, Davide teste, fractio animæ turbet ægritudine corpus. Hinc incrudescentibus suspiriis Jobus ingeminat; Facies mea lutulenta est & tumida præ fletu, palpebris meis adest umbra lethalis: Atque adeo quos os premit, promit vultus secretos mentis recessus, & hi in illo emicant.

Faceffat igitur hic nugivendula chiro-mantia; Cujus princeps ratio in eo est; quod manus operentur ad animæ nutum, cujus excubitores & satellites sunt animales vulgo vocati spiritus; & quod quævis actio peculiaribus musculis perficiatur; Atque manuum illi motus nimis generales existunt; Extensio, pronatio, reliquæque munia quomodo animæ fingent in dolentem? Mentem enim non gerimus manu, sed utcumque vultu. Enim-

Enimvero tanti non est, autoritatum nitela momenta rerum perstringere, nisi veri judicatrix ratiocinatio dicendorum fundamenta eruat; quibus superstruendis componendus est ordo, ut ad formulam connectatur dissertationis tela.

Igitur aulae pandamus & universum mortale genus producamus in scenam, vice Prologi quasdam physiognomiae praelibemus regulas; hinc complexionum discrimina, illinc affectuum signa; tandem populorum mores & ingenitam animis indolem citemus in Epilogum.

Non modo variigenos habitus nati sunt homines, sed & animos etiam pluribus aptos rebus: Ast nulla pictura tantae colorum varietate aut linearum discrepantiae queat oblectare spectantes, quam quas in mortalibus fata duxerunt. Solos oculos physiognomonicè intuenti tanta in colore, tanta in motu, tanta in magnitudine, situ, ac vicinis partibus, occurrit diversitas, ut hos unice persuspantem fat maneat laboris, etiam sagacem hujus scientiae artificem: Solent perspicaces attenta volutione gyrare lumina, quod aliqui studiosa consuetudine ita addiscunt, ut insuetos praemeditato imitamento decipiant, palpebras quoque volato flexu claudentes, iterumque recludentes: Hoc Gallicae plebi usitatum, versatilis, non solidi, ingenii indicium prodit. *Difpici-*

piciendum ergo est, an à natura, an ab eruditione, an ab artificio, procedant eadem licet vultus lineæ: Stabiles sunt quæ connatæ, quia perpetuæ; variæ sunt quæ simulatæ, quoniam vim infert naturæ artificio hoc. Itali in unum idemque objectum oculos diversimode defigentes veritatem exprimunt, ferii rerum censes & callidi. Oculorum colorem cœli plerumque facit clima; sic qui propinquo aduruntur sole, scintillantes nigrore pupillas ostentant; utpote qui utcumque robusta feritate imbelles (nisi doctrina emolliaverit mores) torvo vultu similem produnt mentem. Aliquando etiam temperatura corporum colorum discrimen efficit. Motum autem varie immutant affectus animi; ita subfuscis oculis incedunt amantes; quia in gyrum amatorius dictus flectitur lacertus. In auxilium hic itaque vocanda est Anatome, ut, partium situ dignoto, motus, & ex motu lineas, interstinguat physiognomus; qui musculorum exordia, fines & munera dijudicare debet, & interpolantes cutis plagulas; Ubi denique ex Mathematicorum propositionibus prolecta demonstrationum vis (unicum illud artium fundamen) omne absolvit pensum: Pensiculandum enim foret, imo dimetiendum, physiognomo, quanta intercapedine hiet in motu musculus, quantum à suo antagonista recedat, accedatve, & quale exin surgat interstitium. Quocirca cutis notandæ sunt rugæ: Ita seculorum æta-

ætatumque discrimina non accuratius ex fiderum motu describet astrorum peritus, quam ex hominum in varia ingenia & studia deflexiones. Cutem quandoque progenies variat & exercitatio; Sic tensa militibus duratur pellis, aspera rusticis labore crescit, & obefula foeminis mollescit, vel gracilis licet delicatiore teneritudine pulpa fit.

Verum in has cutis plicas plurimum valent animi pathemata, senectus & Venus; Qui præcoci conjugio in mutuos thori amplexus frequenter ruunt salaces, vel multijugo puerperio decumbunt mulieres, immaturo senio vultum foedant; Voluptuosa testis est Japonia, & æstuoso sole calentes tractus. Attenti meditando frontem fulcant, totamque corrugant faciem, senes ætatem procrastinando, libidinosi semet enervando: Hilares è contra has rugas explicant, malas distentas habent, & exporrectam frontem.

Affectibus illis plurimum confert consuetudo, quæ in alteram naturam migrat; quare foeminae, ut flerent, oculos erudire suos. Hinc sagax physiognomiae vates non modo hominem ab homine, discernere debet, verum etiam ex assuefactis musculorum plicis & significantibus cutis lacunis animi indolem (hoc enim caput rei est) probe conjectare: Veluti peritus hortulanus (& certior mehercule indiciorum prærogativam physiognomus obtinet) non solum arborem ab arbore, sed

sed & fructus arborum ex cortice dignoscit.

Attamen magna climatum hic habenda est ratio; quare austeros Arcades Polybius; acutos Atticos, crassos pinguesque Thebanos Cicero; denso in aëre natos Bœotos Horatius, pronuntiavit. Præterea perfidiæ Numidæ, fatuitatis Æthiopes, crudelitatis Scythæ, vafricie Affi, fortitudinis Germani, acuminis Itali, inconstantia Galli, superbiæ Hispani, incusantur. Quamvis summos posse viros vervecum in patria nasci Juvenalis edicat. Etiam sub molli coelo immania prodire ingenia, Turcæ, origine Scythæ, exemplo suo probant. Una tamen hirundo non faciat ver, ut Stagyritæ verbis utar: Compertum autem est, sub iis sideribus quæ multo frigore humentive cœlo rigescunt aut madent, candidos plerumque cæsiōsque nutriri incolas; & quæ ferventi flagrant sole, plagas, subjectas gentes spissiori tingere sanguine; etiamsi aliquorum candor à patria ferrugine recedat. Nulla nihilominus regio, tam prosperis vel malignis illustratur astris, quæ non omnium vitiorum simulac virtutum exempla in suis expresserit alumnis: Singulis quippe mortalibus, præter communem patriæ suæ genium, proprium aliquid natura ingessit, & omnino grandi miraculo per tot ætatum secula & gentium nomina unicuique hominum suas lineas, quibus ab aliis interstinguitur, invenit; qua  
tam



tam animi, quam vultûs, habitum à reliquorum corporum & ingeniorum analogia determinaret. Hunc mysticum naturæ lusum, tot animorum affectibus, quot vultuum signaturis, variatum, haud facile quis adsequitur. Sicuti pictor suis tabulis non omnium corporum species & formas facile imprefferit. Quocirca tanquam in condensis sylvis eminentes arbores, minoribus non consideratis vel leviter transcurfis; sic præcipua ingeniorum ac pathematum genera intuebimur, quibus homines agi solent ac propemodum componi, simulque à cæteris perspicuo discrimine segregari: Quoniam nullius indolis species tam lubrico pronoque vestigio in vitia inclinet, quæ non modicè prudentiæ frænis intra tectum possit cogi; Nihil etiam tam propinquum virtutibus est, quod cacoëthes utentium non vitiet & deformet.

Ast plurimum obstat physiognomiæ regulis simulatio; Sic sæpe videas larvatos ursos, personatos lupos, togatas vulpes; ut vix hominem offenderis, qui non meditetur offendere. O tempora! O mores! Quot morum Protei, quot ad spectuum chamæleontes, in præfens hujus vitæ theatrum se non ostentant? Præterea falli poterat Zopyrus, qui externa de forma Socratem bardum judicabat; Cui, Recte dixisti, regerebat Socrates, nisi philosophiæ præcepta me correxissent. Physiognomista tamen non fert judicium, nisi  
secun-

secundum signa quæ videt; quorum alia sunt mansiva, transeuntia alia; indolesque vel connata vel adscititia est. Illius exemplar in Perfici imperii conditore, Cyro emicat; qui cum puer in parium cœtu luderet, fortuito Rex ludendi à jocantibus electus est sodalibus, & in eos regium vere jus exercuit, contumaces verberibus idonea fatis. majestate plectens: Delata hæc res ad Astyagem est, Cyrum qui jussit accerfi; ast ille ad throni tiaræque formidabilem pompam puerili metu non expalluit, sed se constitutum Regem intrepidus respondit; atque exinde regiæ familiæ adscriptus est. In Catone ab unguiculis severitas gravitasque eluxit. Quamquam haud infallibiles futurorum affectuum indices sint hi mores puerorum: Videatis tamen qui ad percussæ mentis ictum gemitibus singultientes mollem naturam & ad humanitatem compositam præbent: Difficile etiam est, abscondere pectoris æstus; Namque sæpe clauso animo furor panditur: Difficile est, tristi fingere mente jocum; Etiam apparet dissimulatus amor. Experimur utique totam animam per membra consentire, ubi sudor & pallor universo exeunt corpore, infringitur lingua, vox faucibus hæret, caligant oculi, sonant aures, succiduntur artus. Cur secus maniaci congrua ratione victus & idoneis medicaminibus curarentur?

Enimvero affectus alii solum cerebrum & motoria feriunt organa; alii cerebrum &

& cor, non semper musculos, nisi forte faciei & oculorum. Quæ ergo animali motu peraguntur pathemata à cerebro profluunt ejusque appendicibus nervis, motus instrumentis; concurrunt quandoque sanguinis influxus: Quæ verò à vitali motu dependent, cor rectorem agnoscunt suum, qui sanguinem dirigit pro varia affectuum indole; alterantur inde cæteri humores, qui singuli è sanguineo latice scaturiunt, & nisi elutrientur, ad eundem remeant: Accedit unionis motus & fugæ, qui per externos exprimitur lacertos. His bene perspectis magnum dirimetur inter mortales certamen; Vi ne corporis, an virtute animi, actiones hominum procedant.

Sed ne in immensum crescat oratio, complexionum discrimina, juxta communem naturæ morem (nec enim exceptione carent hæ notæ) obiter recolligamus. Prodeant igitur in publicum sanguinei, quibus capilli recti subflavescent, tarde calvescent, faciei turgent venæ, rubicunda carnositas membra implet, superfluitatibus multis onerantur, lasciviæ dediti jocisque: Ast si in morbidum declinent statum; vexat eos acutus capitis & æstuans dolor, oscitatio, nausea, somnolentia; turbantur sensus, hebescit intellectus, pulsant tempora, rubet facies & sublivescit, ex oculis micat acribus ardor, & venæ intumescunt corpore toto; pustulæ rubicantes foedant malas, similibusque morphæa cutem

cutem exasperat, naresque crebro sanguine stillant.

Sed quid personati referunt in actum cholericus? Crispato & nigricante capillitio gravidi asperum & contactu calidum gerunt caput, corporis macilentia insignes, gracilesque; iracundiæ & rixis, præcipitantia & audaciæ dicati; sardonium vultu risum & dentatos sales fundunt. Qui si juxta suam temperiem ægritudine percellantur, infestat eos pungens, maxime in antica parte, capitis ardor, æstu comitatus gravi; arescunt nares, & ignito madent tæte, ficcatur lingua horripilis; nausea & inappetentia suppullulant, amarulento dominatur in ore fel; citrinus & facie & lingua oculisque color effulget; caecos & icterus communiter ingruunt.

At quo corporis habitu phlegmatici semet spectantibus offerunt? Laxis molli- busque membris prorepunt lenti, de gravativo capitis dolore queruli; torpent illis sensus & hebescunt, & quasi defessos fingit somnus; stat pallida facies & obtutus, uligo plurima in subjectos ruit artus, & feri: prementia viscera mala, apoplexiam, paralyfin, algidasque febres: Hi plerumque crinium nive sparguntur, & placabili se subdunt animo, timidi & multotiens negligentes.

Verum quale nigra bilis præstat corpus? Fuscum reddit vultum, & liventia lumina simulque tenebricosa, tinnientes aures, nigricantem linguam, parcum somnum, frigidam mentis arcem, acidos sæpe ructus,

LI stupo-

stuporem & pigritiem: formidolosi sunt ut plurimum melancholici, torvi, & raræ loquelæ, pertinaces, laboriosi, tardæ, sed tenacis iræ, moerentes, & cum Libero madescunt Patre, supra modum hilares; macilentis gradiuntur artibus, & acri urgentur siti, in tristitiam dejecti; præcordia flatibus tument, caligant oculi, & luridus sæpenumero prodit color, tetricus vultus & morosus inhorret.

Sed ne diffusus nimium sermo prouat, compendiarie viæ insistamus, visisque temperamentorum discrepantiis, affectuum signa introspeciamus, sed quasi per transfennam. Hic multum iuvat ætatum simul atque sexûs peniculata diversitas: Quoniam in recens natis nullis musculorum interpolamentis artus distinguuntur; in reliquis illas plicas plerumque retinent faciei lineæ, quas per proprios animi motus accepere: Ita ridiculosus juvenis hians os & prominulos dentes exerit; ubi senectus, quas expressit juvenus, lacunas, servat; Senes etenim rugis per totam faciem animi sensa promunt; juvenes oculis & naso; Illi autem senibus contorti & fixiores, hic illis rigidior evafit: Ita morosos, circulatæ labiis torvos, videatis viros; astutas procacesque foeminas acuto mento (quod in iracundis barba plerumque vestit) circoque obductis labris: Ita acutus nasus, parvi oculi, fulvusque color, malignitatis; oculi è contra magni, simus nasus, & fulva tinctura, bonitatis;

bonitatis ; caput magnum, oculi parvi & non nictantes, balbaque lingua, iracundia, signa perhibentur Hippocrati. Alteratus vero animæ habitus mutat formam corporis : Sic sæpe utilis poenitentia morum rainas, quas juvenilitas fecerat, sedulo emendat : Namque robustus animus veluti ab adolescentiæ caligine emissus, de antea actis erroribus atroci censura judicare solet, & corrigere vultum. Quicquid sit, inconcussa saltem hæc manet veritas ; Ad animi mutationes mutari vultuum lineas, signatos mentis indices. Quippe

*ἢ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπέθεταί.*

Jam ergo sequestro animo in plerisque mentis affectus contemplationem injiciamus, sed non singulos nec conciso ordine, huic enim festinatio adversatur. Subflavi crines, pulchra facies, rarum portant intellectus acumen ; fulci nigricantesve capilli majorem perspicaciam ; Quocirca eloquentiæ Pater Cicero, coram Senatu dicturus, aiebat ; Se ornata capita comptosque vultus tanti non facere, sed macilentis & rugosis frontibus moveri. Verecundi facilem & favorabilem præ se ferunt adspectum : Religiosè devoti spiritus intro trahunt, atque cor, affectuum sedem, cerebrumque spirituum officinam, replent, ut quasi decussati sint artus ; nisi fortior animi motus irruat ; ceterum cor, illis arctatur, ut etiam sentiri possit, ob diminutum spirituum influxum, caloremque repressum vitæ : Detriti

LI 2

studiis

· studiis caput ut plurimum in terram pronant : Elato corpore superbi, raro prudentes, incedunt ; quamvis superbia cordi deesse queat, quam structura popliti ostentat : Alium enim natura, alium ars, factum efficit ; illa veram, hæc apparentem denotat ; quod bene considerandum physiognomo : Attentio aliis frontem fulcat, aliis labra contrahit ; quidam præmordent ungues, linguam alii exserunt infæci ; anteriora capitis quodammodo his dolent, & si fricentur, titillant : In his intellectus, quia fortius intenditur, stat firmior visus : Exporrigit frontem hilaritas. Stupidi pandato & languide niçantibus consistunt oculis : Timidi & obstupescentes vultum membraque retrahunt, luminaque intro convellunt : Motus tardi mollem signant vultum. Sed in omnibus hypocrisin, præsentis Reginam ævi, quis dimetiatur ? Fortes erectum corpus, carnosum latumque pectus, latas homoplatas invicemque distitas, nec valde colligatas, nec omnino dissolutas, robustumque collum, habent. Fortitudinis exemplar Leo ( ex animalium quippe formis analogiam fabricare contendunt physiognomistæ quidam ) ore magno, facie quadrata, non valde ossea, superiore mandibula non multum prominula, sed deorsum æqualiter pendula, naso crasso, oculis serenis concaviisque, nec admodum rotundis, nec adeo protensis, a cæteris animantibus interflinguitur ; feroces illi & copiosi sunt spiritus :

ritus : Qui si mitis sunt, torporem inferunt : Nervosus autem Leo est, & juvenili gressu totoque corpore articulado praeditus. Qui coxas osseas nervosaque habent, robusti sunt & masculini ; quibus eadem ossulentæ & superflua, molles & foeminini. Pedes magni, articulati, benenati & nervosi sunt fortibus maribus ; iidem stricti, parvi, inarticulati & delectabiliores, quam fortiores, mollibus foeminis. Sciunt etiam pictores, foeminas latis iliis, mares latis humeris, deinceare ; quod si ad usum medicum referatur, constabit inde ratio ; Cur foetus in ossea ischia pelvi facilius queat abscondi, nec necesse sit, ut in puerperio ossa pubis a se invicem recedant : Extrema etiam corporis mari fortiora ac crassiora communiter sunt, quam foemina. Sed qualis amantium motus est ? Cur omnes lacerti uno hoc animi pathemate lacessuntur, rigescit Priapus ? Et spermatis effusionem cur universi corporis lassitudo sequitur ? Hic avidis medullis flamma subditur ; namque durus amor in ossibus magnum versat ignem : Pertentat amantium corpora tremor ; qui, si vesani, in furias ignemque ruunt. Tinnidi ( quibus eriguntur communiter pili & palpebrizant oculi ) carnosam, solliciti macram & obscuram plerumque gerunt faciem ; timor enim nunquam, sollicitudo semper, animum cruciat. Frigida formidinis aura horrorem ciet in membris & concitat artus.

U 3

Sed



Sed pectoris tranquilli pacatus status serenum præfert vultum. Lugentes demissæ sunt frontis : supercilia jungunt tristes. Vivax & in omnes oculi angulos diffusus animus subducit imbecillitatem suam oculis populi. Extemporaneæ subtilitatis homines versatili vultu simile promunt ingenium. Hominibus tardæ eloquentiæ non altum, nec perenne, ingenii flumen est, nisi mens ordine linguam præeat. Sed quænam furoris signa sunt & iræ? Furorem designant audax vultus & minax, tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, crebrius & vehementius acta suspiria. Irascentibus autem flagrant oculi, multus micat ore rubor, exæstuat ab imis præcordiis sanguis, quatuntur labia, comprimuntur dentes, horrent & subriguntur capilli, cogitur spiritus & stridet, sonant semet torquentes articuli, voce parum explanata sermo prærumpitur, comploduntur manus, pulsatur pedibus tellus, concitum corpus magnas agit minas; Sic foeda visu & horrenda facies depravat se & intumescit. Ecce! iracundis apris spumant ora, dentium fulmina acuuntur attritu; taurorum cornua jactantur in vacuum, & arena pulsu pedum spargitur; irati fremunt leones; instantur iritatis colla serpentibus; rabidorum canum tristis adspectus est. Talia sunt iracundiæ monstra: Quis ergo ad illorum non expavescat intuitum? Ast qui

qui quotidie descendunt in certamen temulentiae, corporis frangunt vires, animasque immodicis deliciis inundatas demergunt; atque ubi ad se redierint, mirantur, se tam improvide potuisse peccare, & saepe dolent. Sed avertenda sunt illa vitia, castigandus impetus, & si potis est, extinguendus.

Verum quis omnia omnium affectuum signa hoc angusto temporis intervallo percenseat? Contracto itaque stylo nosmet nostra pollicitatione exsolvamus, & brevi visu populorum indolem, tanquam è specula, obiter despiciamus. Hoc autem immensi laboris opus est, commodiori opportunitati servandum, ubi experimentorum fides voto penitus faverit, & observata mea magis expoliverim. Ne tamen ἀπυρολος recedam, generatim pauca loquar: Coeli ergo diversa climata iisque subjecta loca maxima morum, hinc animi motuum, inde vultuum, signorum, discrimina inferunt; sic alios maritimi, campestris alios, alios montani, mores obtinent. Europaei quippe, imprimis septentrionales, crassiore & densiore sunt sanguine, rigidioribus spiritibus, ferociores paululum, intrepidi, longævi, acres, bellicosi, ac libertatis amantes, aperti, ingenui, ac procul à fraudibus & fallaciis. Asiatici tenuiore sanguine & molliore, effœminati quodammodo, facile irritabiles & servituti addicti. Africani sanguine sicco, calido,

corpore nigro, adusto, capillis crispis & lanuginosis, leves perfidique, plane abjecti & ad imperandum inepti. Americani plerique barbari, anthropophagi.

Singularum autem gentium mores & indolem hic enarrare imparem me profiteor; habete igitur, Auditor. humanissimæ *de seipso* occurrunt;

Germanis vis mentium ut opaca, ita ad æternitatem laborum robusta est; apud hanc gentem aperti placent mores, displicet omnis reconditi astus species; ignota ibi perfidia, etiam in venali fortitudine stipendia merent. Nec defunt alta ingenia, in quibus patriam gravitatem vividi & excitati acuminis felicitas temperat, præcipue si validam mentem peregrinis artibus moribusque diu miscuerint: Peregrinandi enim hæc avida natio est: Otium etiam plusquam Attica severitate mulctant.

Sublimia sunt Italarum ingenia, & nihil tam arduum est humanis laboribus, ad quod Italici acuminis robur non surgat: Ex vili etiam plebe multos sæpe in nomen & divitias prospera sedulitas evexit; longæ industriæ speique patientes sunt; vafri subdoli que animorum artifices: Has grandes & ad omnem sortem aptas mentes, frugales & in futura intentas, ab Hispanorum fastu Gallorumque versatili levitate alienas, constanti subtilitate natura imbuit.

Graves

Graves & cum pondere quodam elati Hispanorum animi non subitaneo impetu in diversa ruunt, natura simul ac arte stabiles; vultus, tumido sermone concinens, indoli severam majestatem affectat: Servatas temperantia opes vestitu, ad ostentationem facto, consumunt: In proprio convictu parci, in alieno sumptu profusi, in extrema pauperie supercilium non deiciunt: Reconditæ illis mentes & tarda consilia: verborum gestuumque pompa veluti naturæ instinctu intumescit.

Galli è contrario, improvidi levesque in omnes affectus formant animos, rumoribus raptos; jam otii, mox tumultus, impatientes: Ostentatio libidinis supra naturæ desiderium inepta est: Astum cum humanitate fingunt: Virtutis simulatio levitatem abscondit & dolum: Exiguum jurgium sola altercantium ambitione crescit, & vel ad famam vel ad cædes lymphatam juventutem propulsat: Non ratione, sed impetu, injurias ulciscuntur. Feræ gentes & ex ipsa barbarie natæ, orbem terrarum supra aliquot secula suis moribus polluerunt, & utinam jam pridem minus inquinassent. Sed ne hostium vitiis nimis insultare videamur; silere potius jubet parca illis virtus.

Quocirca Britannos brevi transitu pervadamus! His ut plurimum gravis est animus, & in se, velut in consilium, seductus; suæ gentis mores, ingenia, animosque

que magni facit delicata natio. Sed hic ingens adhibenda est cautio, ne ex paucis tota gens aestimetur: Sagaces quippe plurimi, procaces non pauciores.

Scotis animus ad humanæ consuetudinis culturam facilius est; ingenia in quæcunque studia inclinant, mirifico successu incluta, omni fortunæ vitæque generi suam industriam aptant.

Hibernos duravit ad bella amor desidiæ, qui reliquas gentes emolliit & effœminavit; His animus ad sua vitia pertinacior & labori adversus; multi tamen sincera fide eximios dignis virtutibus excolunt.

Hungaris optimatibus mens erectior, frons melior, & ad magnificentiam factus est animus; membra & incessus ad venustam pompam compositi: Vafis magnisque consiliis præstant, parique audacia: superba æmulatio illorum vicinis committit.

Illyrici & Dalmatæ, jamdudum variis fueri dominis, suam indolem in illorum mores deflectunt.

Polonis in aspero coelo dura vita est, illorum mores non facti ad nostri seculi candorem, & hinc sæviora aliquanto ingenia.

Russiæ gens servituti nata, ad omnem libertatis splendorem ferox est; placida, si prematur, & jugi patiens. Vulgus Magnatum maxime formidat superci;

percilium: Cæterum cauta natio & neſtendis fraudibus apta.

Turcis ruſtica & demiffa eſt indoles, neque libertate, quam non curant, digna: rudes animi nulla ſcientiarum, nulla artium (præterquam Martis) humanitate mitigantur: In paribus vitiis caliditatem quærunt, libidinibus infames, quibus adeo exercentur, miſerabili virtutis inſcitia; neque abeſt à voluptate ſeveritas.

Sed ſingula quis referat? Quis in una Aſia populorum deſcribat indolem? Quis Indos ſagaces? Inflatos & ingeniſoſos Japones & Sinas? Crudeles timidoſque Javanos? Vaſros Sumatrenſes, cæterasque gentes, figillatim recenſeat? Tentabo tamen aliquando, ubi maturior experientia lævigatius iudicium & certior dederit fidem.

Conſtitueram enim olim Phyſiognomiam Phyſicis ac Anatomicis fundaminibus ſuperſtruere, ut conjecturis & incertitudini ſe ſubduceret nobiliſſima hæc ſcientia; ſed alia negotia & tempeſtatis fata operis molem & texturam interrupere.

In partem generalem & ſpecialem diſpeſcuiffem; in illa de muſculorum, imprimis externorum & viſui conſpicuorum, motus & mutationes examinaſſem; inde lineamentorum varietatem vocaſſem ad trutinam & elucidaſſem. In hac, diverſos

tractaſ-

tractassem usus; videlicet Medicum, Anatomicum, Chirurgicum, Pictorium, Sculptorium, ac Caelatorium.

In usu medico de morborum prognosi ex vultuum lineis egissem: Hic de fonticuli applicatione, musculosæ carnis refectione, aliisque magni momenti & emolumenti rebus: Ignorata quippe partium fabrica in securis timidi, & in periculo plenis securi, sumus: Luditur autem hic de pelle humana.

In Anatomico usu nervorum insertiones, progressus & divaricationes; fibrarum intercapedines, flexuras & conjugia; musculorum exordia finesque, & cum suis antagonistis communicationes & actiones, in ossibus implantationes & similia lacertorum phænomena trutinasse.

In usu Chirurgico ex naturali musculorum situ, partiumque in illis structura & ossium applicatione, dislocationum, fracturarum & contorsionum regulas compegissem.

In usu Pictorio musculorum lacunas, juxta pathematum diversitatem variantes, eorumque discrepantiam in foeminis maribusque, infantibus & adultis, notasse; ut juxta physiognomiæ leges, uti hæc ad Anatomiam, procederet delineatio; ut crederetis etiam animorum posse dari picturam.

Quadrat

Quadrat cum Pictorio Sculptorius &  
Caelatorius usus.

Sed manum de tabula ! Satis enim  
patientiam vestram exercui, Audit. om-  
nium ordinum acceptissimi : Quamobrem  
hoc unum dicam,


*Dixi.*

---


*Wilbelmi*

---





*Wilhelmi ten Rhyne*  
DISSERTATIO  
Phyfico-Philologica  
DE  
MONSTRIS.



Wilhelmi ten Rhyne

DISSERTATIO  
 Physico-Philologica  
 DE  
 MONSTRIS.

**S**olus qui ad Legem Altissimi applicavit animum, Auditores omnium ordinum quæsitissimi, dicatissimi, atque in meditatione ejus versatur, sapientiam omnium antiquorum exquiret, disputationes celebrium virorum conservabit, atque in sententiarum reconditarum involucria penetrabit, arcana proverbiorum pertrahabit, atque in parabolarum ænigmatis occupatus erit : Uti declamat in suo (a) Ecclesiastico Syracides : Quocirca (b) ne quis nobis imponat probabilitate sermonis ; ne quis nos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi ; monet gravissimus ille Gentium Doctor : Ita enim quæsitis nominum figmentis congruam rebus veritatem derogavit antiquitas ; ita fabularum inventis cæca stetit superstitio : In Paganismi tenebris per universa

(a) Cap. 39.  
1. &c.

(b) Col. 2.

X

versa

versa imperia, provincias, oppida, suos  
 quisque Deos coluit; Eleusini Cererem,  
 Phrygæ magnam Matrem, Epidaurii Æ-  
 sculapium, Chaldæi Belum, Astarten Syri,  
 Dianam Taurici, Galli Mercurium, uni-  
 versos Romani: Et si præsentia non inve-  
 nirent Numina, fingeant, ac incognitis  
 Deorum manibus simulacra extruebant,  
 illorumque fanis tantum tribuebant sancti-  
 tatis, quantum vetustatis adstruxerant:  
 Hac argumenti virtute D. Paulus Atheni-  
 enses, qui IGNOTO DEO aram fabre-  
 fecerant, redarguit. Profani fuere illi, &  
 certum nihil de summa rerum ac majesta-  
 te decernentes, qui, quod in sublimi in-  
 vestigandum, quærunt humi, & quæ su-  
 pra se nihil ad se, enuntiant: Ita Thales  
 Milesius omnium rerum primordium 'A-  
 QUAM vocavit, Deum autem mentem,  
 quæ ex aqua cuncta formaverit, altior &  
 sublimior, quam ut ab homine potuerit  
 inveniri: Anaximenes autem & Apolli-  
 onates Diogenes Aëra Deum statuunt,  
 infinitum & immensum; Hunc modo  
 λεπτόν αἴρα, modo θερμόν, modo θερμὸν  
 λεπτόν pronuntiavit Hippocrates; de quo ap-  
 positè Stagyrita; τὸ λεπτόν ἀναπληστικόν, ὅτι  
 μικρομερές ὅλον ὅλη ἀπτεται: Hunc ad Epi-  
 curi mentem signiferum vocat æthera  
 Lucretius; Hunc supra naturam pote-  
 statemque elementi in suo Asclepio po-  
 nit Trifmegistus, illumque παντόμορφον ἑσ-  
 αρχῶς sex & triginta siderum declarat,  
 ejusque affectam atque apparitorem Solem  
 ipsum

ipsum designat, aëremque, lumine affectum omnium quæ fiunt rerum, instrumentum proficitur: A principio quippe rerum (ita inquit) fuit Deus & Hyle, quam Græce credimus mundum, cui comitabatur etiamnum Spiritus, quo omnia sunt plena, quique permixtus cunctis cuncta vivificat, sensu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars soli homini concessa est ex æthere. Enimvero ex Pythagoræ philosophia illa profluxit opinio; Mundum esse unum, integrum & perfectum animal; adeo ut Apollonius Tyanæus, ex Pythagoricorum tripode propheta, æstum maris respirationem mundi affirmaret; & inde Thales inanimatis animas inesse putavit: Quam mundi animam rerum opificem dixit Plato; nostrique sæculi Philosophi materiae subtilis (quæ omnia pervadit, singula conformat & primus motor animantis est) nomine comprehendunt. Hic est ille qui in nobis est Deus, quo agitante calescimus! Hic est ille spiritus, sedibus æthereis quivenit! hæc est illa infusa mens, qua hominum pecudumque genus & cætera mundi membra agitantur.

Hæc equidem, si intra philosophiæ cancellas coercita maneat, tolerabilis non modo, sed & laudabilis, est ratiocinatio; at si ad objecta fidei & creationis mysterium transmigret, metus est, ne Atheismi fundamenta struat: Nam nisi divinitatis rationem diligenter quis excusserit, nesciet humanitatis: Audite divinum inter ethnicos Platonem; Deus est, inquit, ipso suo

X 2

nomine

nomine mundi parens, artifex animæ, cœlestium terrenorumque fabricator; quem & invenire difficile, præ nimia & incredibili potestate, & cum inveneris in publicum dicere, impossibile præfatur. Quid aliter Christiani credimus, quam Deum Patrem Omnipotentem Creatorem cœli & terræ? Qui primum singula animalia perfecta formavit (sunt verba cum Moyse coincidentis Macrobi) deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur procreatione successio. Quid aliter S. Pagina? Et ecce! (e) omne erat valde bonum! Præ omnibus autem (ait Stoicum agens Cicero) animal hoc providum, sagax, multiplex, quod vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum est à summo Deo.

(:) Gen. 1.

Nos itaque nostro fruamur bono, & recti sententiam debita gratitudine temperemus, atque pro eximio creationis ac conservationis nostræ beneficio iusta Deo vota libemus.

Omnipotens & omniscie Jehova! Qui facis mirabilia solus; quam magna & magnifica sunt tua facta, Deus? Tonitru summæ potentiæ tuæ quis intelligat? qui per vicissitudines versas Tecum sapientia consilia de opere istorum, quæcunque in superficie orbis, in terra: Confitemur Tibi, Domine, qui sapientiæ tuæ in nostrorum corporum fabrica magnitudinem declarasti; quia ex rudi & informi materiæ mole tantum & tam excellens opificium, operum scilicet tuorum complementum, condidisti; quia nos in abdito, velut in imis partibus  
terræ,

terræ, tam artificiosè conformasti; quia demum massam hanc, primitus inanem & indispositam, tam affabrè effinxisti; dum partium nostrarum delineationi præfuisi, oculorum nostrorum artificium formando, aures nobis implantando, & quod cardo rei est, spiritum vitæ nostras in nares insufflando. Benedictus sis Jehova Deus! qui das hymnorum argumenta de nocte, cujus gloriam diei narrat dies. In Te reverenda est maxime gloria, quod nos paulisper minores fecisti Angelis, quod nos gloria coronasti & majestate, præfecisti nos operibus manuum tuarum, quod nos docuisti præ bestiis terræ, & præ volatilibus coeli sapientes nos reddidisti: Celebramus Te, Creator noster! quod nos bene factos, factos ad imaginem tuam procreasti: Rogamus Te, ut nos, de MONSTRIS dicturos, bene formata & apposita doceas verba, in tui nominis gloriam, Auditorum infimul & nostram doctrinam.

Vos autem quotquot intueor, bene facti, bene nati, Viri, Auditores mei omni ex parte faciles; si forte manca & inconveniens sit nostra oratio, recta favensque nobis sit vestra ratio, prolixa venia, interpretatio blanda, & placida expectatio.

Dum itaque populares nostri quæ non videre mirantur, in Indiis non modo eboris strues, piperis messes, cinnami merces, aromatum gazas, ferri temperacula, argenti metalla, aurique fluentia; sed & immensos dracones cum immanibus elephantis



phantis pari periculo in mutuam perniciem concertare; nos Auditorum negligentia dudum superfessas, nunc amplissimi nostri Magistratus favore renovandas (quas de manuaria ac profectoria arte hic recitare solemus) prælectiones auspicaturi, in perfectissimæ naturæ palæstra imperfectarum creaturarum rationes impræsentiarum excutiemus, atque Monstrorum causas inspiciemus propius.

MONSTRORUM feracem Africam jam multis retro seculis adagium fecit: Monstriferæ istius foecunditatis causam physiologi aquæ penuriam dixerunt; quibuscum tacite concinere videntur S. Literæ, ubi virgam Moyfis aquarum rivulos defœdasse refert, priusquam fatalia prodirent portenta; priusquam horridi ranarum squalores esculentorum penus polluerent; quarum interitu teter odor exhalans omnem cœli tractum contagiosæ labis lue infecit; priusquam perniciosæ turmatim raucisonarent locustæ, tantapro digia, poenarum remedia, graviora poenis, è Niliaco putore emergerent; priusquam pulverulentus pediculorum ortus, stupentibus Magis, homines pecudesque infestaret; priusquam terrificæ omnigenorum insectorum congeries Ægyptiorum tellurem inquinaret & corpora. Mystico porro Mythologis innotescit veritas, dum Venerem ἀλιγενίην, marive ortam, perhibent:  
Quare?

Quare? Scilicet ut generationis hostem, putrilaginem, salino defricaret antidoto, & aquam sobolefcendi virtute donaret. Quotiens etiam in vegetanti regno Thaletis dictamini non subscribit experientia, quæ plantarum exordia ordinata serie ex aqua defumi commonstrat? Quinimo, si ab animalibus spirituum copia ac robore tantummodo discreparent vegetabilia; Aquam rerum omnifeminarium esse, liceret proclamasse: Sciendum tamen, vermiculos, qui carduorum tuberculis, gibbosive salicum foliis, & cæteris terranascensibus, pullulascunt, cum feminibus sui generis in eadem forinfecus introduci. Nec vero consonat, me iudice, sententia, quæ vel in Afræ vel in Ægyptiaca tellure aquarum indigentiam Monstrorum effectricem constituit causam; tametsi fortassis illic egestas aquæ siti arentes convocarit belluas, & in promiscuam venerem æstuantia bruta, tum ferocienti impetu distortisque sensibus in semet exardentia, concitarit. Sed sic fortuita tantum Africæ scriptores, supernaturalia S. Codex, chimærica Poætæ, citant.

Nulla nos de Monstrorum etymo sollicitudo manet; sunt enim animalia oblæsa, quæ præter naturæ seriem à specie sua evariant; Sic dicta, quod vel monstrari mereantur omnibus, movente admirationem rei novitate; vel quod à solitis naturæ legibus deficientia verè monstrosa se exhibeant; quæ si infuetum quip-

X 4

pian

piam præfagiant, Deorumve minas ostendant, portenta vel prodigia appellantur. Hic autem quæ supernaturalia sunt, peruestigare non est animus; etiamsi per media communiter operetur summus rerum conditor; neque quæ cacodæmon infert; sed ea tantum, quæ secundum consuetum naturæ (attamen in id haud collimantis) cursum nasci queunt.

(d) Aristot.  
gener. 4.

Qui illorum causas enucleare satagit, conceptionis exordia exactius intelligat; ut ita rectum sit norma curvi, deviansque naturæ ordo juxta decentem generationis formulam comprehendatur. Democritus quidem ex plurimorum seminum commixtione monstruosa gigni dixit, videlicet quando duo semina, alterum ante, alterum post, subit uterum; hinc avibus, quarum coitus frequens est, (d) ova diversicolora & numerosa tribuit; Empedocles ex feminis abundantia, aut defectu aut principio motus depravato, aut in plura distributione, aut imprægnatione: Straton ab adjectione, ablatione, transpositione aut sufflatione: Aristoteles, Cum naturam materiæ natura formæ non superat; Gignuntur enim, inquit, mulieres, viragines & viri foeminares, alteris menstrua defunt, alteris semen exile est frigidumque. Nos vero ab Ovo exordiemur.

Increbuit jamdudum Harvæi de conceptuum origine opinio, quam in primo de generatione animalium limine tradit; in foecundo matris ovo (hoc nomine jam notum

notum est mulierum testibus reclusum semen) singulas naturi foetus partes delitescere: In eo autem totus est Harvæus, ut, movens cum moto & motu simul esse tempore, ostendat; præsertim quia Aristoteles ea propriissime simul esse dicit, quorum generatio eodem tempore obtingit: Sic igitur etiam causa & causatum cum fine (qui tamen prior in intentione fuit) simul erunt: Porro politissima illius, & Philosopho digna, de conceptione statumina in eo mihi displicent, quod immaterialia conceptionis principia statuat; tum quia à coitu nihil in utero reperiri contendit, contra exactiorem scrutinii fidem; tum quia gallinas spermaticis organis destitui docet; cum tamen sufficiens ovo, modo galli insultu foecundato, pullulascendi energia sit; tum quia galli genitalia vel nunquam viderit vel sperma observaverit; etiamsi forte sola spirituum in ovarium suffusio ovis sobolescendi virtutem impertiat; uti sol *quædam* vegetat semen; mavult attamen ille citra genituræ præsentiam omnem foeticandi efficaciam utero acceptam ferre, sua sibi vix constans prævaricatione, dum hæc nunc soli utero, alias huic simul & cerebro, munia deferat. Restarent plura in Harvæi statumine examinanda, propriam stabilire, quam alienam sententiam fugillare, præferentibus.

Sed in viam! In femine omnem futuri hominis rationem contineri edocuit Seneca, & legem barbæ & canorum nondum

dum natum infantem habere, totiusque corporis & sequentis ætatis in parvo occultoque lineamenta esse. Hærent interim ambigui authores; utrumne ex patris tantummodo femine partus nascatur, ut Diogenes & Hippon Stoicique scripsere; an etiam ex matris genitura foetus procedat, quod Anaxagoræ & Alcmaoni, Parmenidi, Empedocli & Epicuro visum est: In eo autem Polybius cum Hippocrate & Democrito consentit; A totis corporibus & præcipuis eorum partibus, in utroque parente, genituram provenire: Quoniam omnes nostri corporis partes vel tantillo robustissimi illius (sic sperma vocat (e) Hippocrates) emisso, imbecilles fiunt; tametsi autem (f) singula sanguinis ac spirituum vehicula in genitalia membra non vergerent, poterit nihilominus ab omni parte ad tortuosa subtiliaque vaforum in testibus cribra profluere rectificatissima sanguinis portio, semen; ut efficaci unione didymes non uno, sed ingenti feminis glomeramine foecundet: Nil mirum igitur, quod paternæ genituræ vigor matris sperma (ut plantæ semen solarium radiorum appulsu vegetatur) in actum deducat, partesque (quarum rudimenta capit) explicet.

(e) De genitura. § 1.  
(f) Ibid.

(g) Valcr. Max.

Hic de (g) similitudine oris & totius corporis altiore doctrina præditi subtilius disputant; quorum alii existimant, illam origini & contextui sanguinis respondere, nec parvum argumentum ex cæteris animal-

malibus trahunt, quæ fere gignentibus familia nascuntur : Alii autem negant, certam hanc esse naturæ legem, sed species mortalium, prout fortuita fors obtulit, attribui. Ego vero, dum infantes patris æquè ac matris imagine signatos concerno, putem, aut fixiorem conjugis de marito cogitationem suo sanguini, foetus alimento, mentis ideam (mobilissimis spiritibus, velut luce colores, subvertam) imprimere, ut ad ejus exemplar foetus conformetur : Aut patris semen cum genitura motum (nihil enim refert, ait <sup>(b)</sup> Aristoteles, genitura dicatur an motus, id quod corporis unamquamque partem auget, imo & efformat ; in eo enim à solis futura in plantas discrepat patris genitura) per motum porro sui lineamenta tenerrimos infantis artus describet ; uti ex limosa argilla rotæ gyris ollam conficit figulus : Non absona equidem hæc est analogia, quæ Scripturam simul & Naturam illustrat ; <sup>(i)</sup> Scripturam, in momentofo prædestinationis mysterio ; Naturam, si figuli idea cum ea quæ patris est in generationis opere, figuli manus generationis organis, rotæ gyri spirituum motitationibus assimilentur.

Sed dum filius paternis sæpe insignitur nævis, morbisque affligitur patriis ; ex eo, patrem primario ejusdem præcordia finxisse, ut in macrocosmo Titanem, quis inferat, non tamen exclusa, quæ quandoque prædominium tenet, matris imaginatione :

Vere

(b) De gener.

4. 3.

(i) Rom. 9. 21

(k) In bello  
Catal.

Vere ergo cum (k) Salustio, ubi de corporis & animæ prærogativa differit, effabor; Alterum alterius auxilio egere.

Ratum insuper est, quod labefactatum parentum temperamentum hæreditario contagio liberos æquè coinquinet, quam apta partium, cum exteriorum conformatio, tum interiorum complexio, in gnatos propagat parentum mores, effigiem, faciem: Hinc semen à solidis non minus quam mollibus partibus deciduum singularum species, quas postea emitit, capax censendum est. Infallibilis ergo erit (l) Aristotelici argumenti fides;

(l) 7. Metaph. 8.

καὶ φανερόν ἐστι, ὅτι τὸ γένον τοιοῦτον οἶον τὸ γινόμενον. Debent igitur semina sufficientia formandi foetus rudimenta continere. Verum oggeretis fortassis, Auditores acutissimi, nos incassum conari probare, quorumlibet membrorum imagines in semine delitescere; Dum (m) mutilus truncusve

(m) Pærus in præfat. de gener. hom.

pede vel manu parens omnibus absolutam artibus procreat prolem; ut ita retrogrado gradu ad *πρωτοπλάτῃ* initia (dicente Moysse) refiliatur; forsan ut (n) Propheticum arcanum naturalis ratio discernat;

(n) Ezech. 18. 20.

An filii laturo sint iniquitates patrum; dum in avorum lumbis etiamnum latitabant: Quomodo in (o) Abrahamo decimatus sit Levi longe ante nativitatem suam; nam is adhuc in lumbis patris erat, quum proavo suo Abrahamæ occurreret Melchisedechus: Quomodo (p) Abrahamus pater fuerit omnium credentium

(o) Hebr. 7. 9. &c.

(p) Rom 4. 11.

um

um in præputio. Atque hinc etiam originalis corruptelæ fundamen aliqui forte eruent, si quicquid est hominum in lumbis Adami & Evæ reconditum fuerit: An igitur exhaustis ovis omnibus humanis homines non generarentur? Imo eò tendit aliquando mortalium fallax subtilitas, indagando; Quomodo aterni Creatoris immensa mens, impressa rebus, in humanis conceptionibus sui imaginem procreet?

Sed ego, ne falcem in alienam messem immittam, θεοσοφίας mystis hæc relinquam: Namque Dei quæ ad intra dicuntur decreta, ut infinites infinita, ita profundius adhuc velata, finiti intellectus commercium, magis indaginem, renuunt. Illa autem physico-immunis est analogia, ut (etiam si ad ἐπιγνήσις labyrinthum, aut μεταμορφώσεως ἀβύσσον, nedum ad Divini decreti abyssum, non confugiat) eodem modo, quo plantæ semen (ex quo sublime illud resurrectionis mysterium D. (r) Paulus illustrat) vel, quod minus est, feminis nucleus, solis calore vegetatus, & terræ sale, aqua soluto, fatus, integram plantam suo sinu effundit, atque jugi telluris pabulo auctus, virtutem sui multiplicativam, in (s) creationis exordio divina benedictione sancitam, in fœcunda (t) suæ speciei femina dispergit, opinetur, & maternam seu semen seu ovum (sua exilitate vel uterinis membranis implicatione visum quandoque fallens & manum) paterna genitu-

ra

(r) 2. Cor. 15.

(s) Gen. 1. 28.

(t) Ibid. ver. 11, 12.



ra focillatum, singulas partes, totum integras ac mirabili serie nexas, expandere, maternum sanguinem, ab omnibus sui partibus profluentem, foetum perficere; qui pubertatis annis ex sua (uti semen ex terra) alimonia progenerandi vigore pollet; qui dum deficit, tamen si feminale ovum de parentibus integris in uterum profiliat, mutilus tamen foetus procudetur, si vel paternae geniturae robur deficit, vel si maternus sanguis tenero foetus corpusculo non subveniat, curta se subdent membra: Sic quosdam brachiis, alios cruribus, ab ortu orbos se secuisse testantur (u) Anatomes periti: Distorti autem emergunt artus, ubi vitiata à disturbatis spiritibus (depravata imaginationis labe illatis) matris phantasia foetus fabricam vel abruptit vel dislocat; Si itaque per emissitios spiritus, his illisve nervorum canaliculis denegatos, hinc sanguinem in motu praepedientes, aut nimium in contrariam partem suffundentes, invertere vel decurtare queat depravata matris imaginatio, quam variae saepe causae adventitio contagio distorquent; Verum consueto naturae ordine sanguis (cujus tributum non Luna, sed naturae necessitas, menstruatim exigit) à primo etiam conceptus momento ad arctam matricis clausuram stagnat; qui dum foetum, copiosi adeo nutrimenti vix capacem, alluit, regurgitat, pravaque sui colluvie, partim in stomachum deposita, picam citissime excitat, animaeque foli-

(u) Inter multos Reald. Columb. lib. 15.

folium irrepens mentis functiones obnubilat : Cur idem matris phantasma ex imperfecto perfectum concinnare non possit ? Dum illa satis efficax & in auctione & in sublatione partis alicujus in foetu, habet ministros spiritus.

Ast, fateor, non immerito quis hasce conjecturas hallucinatione sufflamet : Videlicet tralaticiam de specie in speciem cum procreatione vitiorum imputationem excedere limitatæ naturæ sphaeram, cujus per contactum fit actio ; Cum tamen nulla atavorum cum seris nepotibus sit continuïtas, licet aliquando abavorum formas vel fixior matrum imaginatio vel mutuâtia alterutrius parentis similitudo majorum imagines adfricat. Hic autem nullatenus vitio cedit Christiano Philosopho ethnica veritate per *τὴν θεῶν* naturam rerum discrevisse. In harum tamen difficultatum molimine vivacior erigendus est animus ; quoniam hac in materie nullum gravius, utilius nullum, theorema est ; quam quomodo univoca & unimoda ( ut in scholis loquuntur ) generatione omnia exoriantur animantia ? Quomodo, inquam, idem semper generet idem ?

Siccine ergo primum microcosmo componendo lapidem ex naturæ fundo quædam tenus effodicavimus ? Omnipotens hic perpetuo suspiciendus est Artifex, quò indigestum illud *κβηρα* in elegantem ædificii formam Architecti illius immensi jussu exsurgat, & in illius honorem ab-

solu-

(w) Parvus  
loco citato.

(x) Hippocr.  
lib. 1. de diarr.  
§. 4 de igne  
& aqua ita lo-  
quitur.

(y) Ibid. §. 6.  
Generari  
idem. est  
quod com-  
misceri.

(z) De addit.  
rer. caus.

solutissima fabricetur statua, animata sta-  
tura: Ita enim animalis hominisque stru-  
ctura perficitur, dum ex primis genitu-  
rarum seminiis infantis fabricam consum-  
mânt opifices spiritus, qui sanguinis mo-  
tum suis dirigunt habenis; postquam in  
materni seminis germine quietis vinculum  
dissolvit paterni spermatis virtus; quod  
utrumque semen innata blanditiarum pug-  
na (w) fermentationis lege attollitur at-  
que elasticè expanditur, hoc est, crescit;  
quare mutuis coeunt amplexibus seminia,  
(x) facultate differentia, usu concordia ac  
commoda, quæ per blande colluctantem  
(y) commixtionem in generationis exordia  
conspirant: Namque ad Milesianæ philo-  
sophiæ imitamentum per ignem & a-  
quam (illum uti patris, hanc uti matris,  
genituram) totum generationis negotium  
expedit Hippocrates.

Verum ecquid nos palantes circumdu-  
cit generationis ratio materialis? à mul-  
tis anxie magis quæsitæ, quam vere inven-  
ta. De causâ autem formali altum silent  
scholæ, nisi quod litigiosa ἐντελέχειας tor-  
tura speciosæ abstractionis nugaciâ speci-  
mina obrudant. Amabilior Pythagori-  
cos afflat infania, dum macrocosmo ani-  
mam spiritumque infundant; quo τὸ παν-  
τὸς πνεύματι semen animat cum Hippo-  
crate Scaliger, illudque de cœlis derivat  
(z) Fernelius, forsan ut plasticæ facultatis  
obscuritatem tanta loci intercapedine ex-  
cusset: Hoc in corpore spiritum, extra  
illud

illud aërem vocat magnum illud (a) Coe (s) Hippocr  
decus. Præstiterit autem, ut opinor, lib. de flat.  
Hippocraticum πνεύμα (quo subtile ali-  
quod fluidum indigitur) tanquam spi-  
rituum animalium cooperarium introduxis-  
se, & ex vulgo notis phænomenis con-  
ceptionis exemplaria delibasse, ut inde  
monstrificæ originis ratio patefcat.

Hæc à priori, ut aiunt, ostendisse int-  
ricatissima res est; Dum mens, semet-  
ipsam non capiens, genuinam imagina-  
tionis Ideam ægerime recipit: Hujus  
tamen energiæ tota vulgo defertur vis  
plastica; ita ut exaltatæ imaginationis vi-  
res miraculosæ fidei tribuerit Paracelsi  
infandus error: Verum hæc, ex putidis  
ineptiis conflata, nugæ à veri scrutiniò  
minimè nos avocant, ex cognitis ambi-  
gua illustrare studentes. Indubitatum  
itaque existimo, irrationales etiam mon-  
stra parere belluas; testatur id abun-  
de ubivis terrarum multiplex observa-  
tio, annalium fides, & authorum locu-  
ples narratio, veluti apud Paræum, Lice-  
tam, aliosque prolixè corrasique docent  
indices.

Horum vel in materia vel in forma  
causa latet; illius vicissitudines in utrius-  
que parentis feminibus inquirendæ sunt;  
Crebrius autem monstra pariunt quibus  
conceptus numerosi sunt; aliquando eti-  
am feminalia ova spermatico veneris  
ignibus stimulati patris effluvio, spiriti-  
bus,

Y

bus,

(b) Lib. 4. cap. 4.  
(c) Levit. 15. & 20. 18.

bus, impetum quoquoersum facientibus, saburrato, nimio opere turgent, ut etiam tenellæ illorum membrana dirumpantur, sicque intestinæ partes coalescant vel confundantur: aliquando conceptus nimia continuitate se lædunt, ut hinc indiscreta partium cohæsiō oriatur: aliquando intempestivus & importunus concubitus nascituræ nocet proli atque deformat: aliquando menstruus matrum latex non modo nævos foetui adfricat, sed & artus deturpat; quocirca mulieres menstruatas monstra parituras (b) Esdras monet; ideoque (c) speciali Dei præcepto vetitum est, facere recens menstruata: aliquando impura & propudiosa Venus conceptionem interturbat; videtur enim stagnans in meretricibus sanguis menstruus multorum ulcerum, fistularum aliarumque defœdationum nonnunquam causam esse, etiamsi non sit corruptum semen, quod tamen, dum in meretricali sinu dudum hæret, labem contrahit: Quamvis visæ sint foedo Veneris contagio inquinatæ, quæ nihilominus sanum & nulla macula pollutum infantem peperere: Verum illa ex Paracelsi phantasmate profluxisse videtur opinio, qui menstruum sanguinem venenosum (contagiosum non diffiteor, si extra vasa existat) hinc nulla ratione idoneum foetus alimentum dicebat: Sed extra vasa menstruus ille latex stagnando putrescit: Enimvero dum per pu.

puerum, non uteri, osculum, multò minus ejusdem fundum, provenit, nec e vagina in uterum regurgitare potest, nulum inquinamenti modum video: Sufpicetur forte aliquis, sanguinis menstrualis partem quandam, vel ejus halitus, in uterum irrepere foetusque corpusculum subire, in quo fermenti loco fit, ex quo fortean variolæ ac morbilli nascantur. Alicubi cœli illud clima sub quo præfecundæ mulieres sunt, ut olim in Africa & Egypto, hodie in Irlanda alibique; alicubi hominum salacitas monstroso favet partui. Taceo hic diabolicam potius quam humanam cum brutis pollutionem, quando ferinò impetu nequissimi mortales cum feris rem habent, ut inde tum monstra oriantur; cui aliqui sylvestrium hominum originem addicunt; quos ego ad fictas Satyrarum, Sphingum, Faunorumque cavernas lucosque relegem.

Verum in partium excessu defectu illud discriminis attenderem; an illæ principes essent, an administræ; si illæ, putem plus quam unum esse feminale ovum, unde trahant ortum suum; si hæ, etiam ex solo alimento supervacuo, vel degenere forma, vel matris imaginatione, posse produci. Interim in univèrsis statuendus est in utriusque parentis feminibus, sive copia spectetur, sive robur, certus modus, justa mensura & præscripta virtus.

Y 2

Sed

Sed hic fortasse quærat aliquis; Num ex superfluo patris femine non augetur foetuum numerus aut magnitudo? Nullatenus: Aft tantum ex numero feminalium ovorum, quibus sola mater imbata est: Imo vero contrarium potius inde contingeret; Neque enim ignis, ut habet Aristoteles, quo plus fuerit, eo magis calefaciet aquam, sed certus caloris terminus est, ultra quem si ignem augeas, nihilo calidorem reddes, sed potius evaporabis & exsiccabis. Neque diversa uteri loculamenta (uti Alexander Magnus somniavit) diversos conceptus efficiunt, verum plura feminalia ova, ex quibus plura etiam in una conceptione animalia gignuntur; illa in canibus aliisque pluribus acetabulis, in hominibus pluribus umbilicalibus vasis indigent.

(d) Ita vocat  
sensus Veru-  
lamius in  
filv. filv.

Nimis longum foret singularia monstrorum exempla citasse, id nos de monstriferæ generationis formali causa in brutis erudientia; Animam videlicet sensitivam (liceat tantundem *παινεθεις*) esse imaginationis seu phantasiæ subiectum inhaesionis: Nam quamvis sensuum facies, (d) divinæ illæ lucernæ, hominibus splendidius, quam bestis, coluceant, his tamen haud plane extinctas esse, supponendum est; quin è contrarium ideæ per visorios provectæ nervos tot tamque tortuosis fibrillarum mæandris

andris non circumgyrantur in brutis, quam in homine; sed quod per cætera vel etiam singula sensuum organa in humano citius quam belluino genere incitentur animi pathemata, id ab ipsis dependet animalibus spiritibus, in illo, quam in hoc, rectificatoribus, uti ex alimentatione ac rerum perceptione constat: Quare versatilis ingenii mulieres omnigenis animi affectibus subjectæ, imprimis autem illæ quæ venereis aculeis compunctæ concitatus totæ in luxuriam ruunt, hæ multo subtiliorum turbine spirituum (qui passionum animi vehicula atque incitamenta sunt) tenero embryonis corpori quassibet, prius mente quassatas, species facilius inurunt, nævos adfricant, superflua subdunt, necessaria demunt: Nævos adfricant; veluti enim lux, colore omni priva, omnigenos colores recipiendo transmittit; ita animales spiritus, sicuti tabula politissime rasa, omnes rerum species admittit; sive illæ ab objectis per externos sensus inferantur, sive ex molli laxaque (secus enim multiformium adeo idearum non ita capax foret) cerebri substantia eidem impressa conceptuum vestigia profiliant species: Si vel insolitus conspectus matrum oculos fascinarit; unde quasi in speculo visorum delineamenta animalibus spiritibus offeruntur: quod brutis cum hominibus commune esse potest;



(e) Gen 30.  
31.

test; nisi quod in illis majori conamine exaltandi sint spiritus, ne nimis caliginosi, introactas ideas respuant: Ideoque (e) populeas amygdalinaeque virgas virides decorticatas ponebat in adaquatoriis Jacobus in conspectu pecudum, ut excalefactæ & ad bibendum venientes gravidatæ inde latis maculis punctisque parvis (pro diversa, ut suspicor, spiritu, sanguinis directorum, potentia) resperfos agnos hædosque eniterentur: Atque hoc artificio copiosam tulit mercedem diversimodè maculorum, iis præfertim in locis, ubi colligari solebant, quia ubi dolor, sensusve aliquis, emicat, eo pressius fluunt spiritus, objectivæ speciem phantasmati (spiritibus, ut hi humoribus, imperanti) deferunt. Illi itaque spiritus, objectorum imaginibus tincti analogo schemate sanguinem figillant. An ergo, quemadmodum oculis videmus & cerebro cogitamus, ita foemina utero suo concipit? Quod phantasma in cerebro, illud, vel saltem ejus confimile, a coitu in matrice exciteatur, sicut idea operantis similem in agendo & in materia motum producit. Eodem quo pictor modo, cujus intellectum matris utero concipientis phantasmæ, penicillus animalibus spiritibus, colores sanguini, quis adsimilet. Tanto magis generationis & conceptionis exemplaria a matrice procedent. Quippe sanguis,

guis, communiter unius saltem, quam-  
 diu in vasis est, coloris particeps, pro va-  
 rio particularum (ab imbutis jam sua idea  
 spiritibus succularum) motu variam quo-  
 que impressæ rei speciem refert; Nam-  
 que, oleaginosus ille latex in subtilissi-  
 mas particulas propter suam *extensibilitatem*  
 extensibilis est, vel iterato, vel fortissimo  
 spiritu, aliena labe affectorum, appul-  
 su; Terroris etenim cæterarumve affe-  
 ctionum animi ideæ in informibus &  
 incoloratis (ast omnifario colori depin-  
 gendo aptis spiritibus ad cerebri tabu-  
 lam delineantur; ut ita ad afficiendi-  
 membri contactum (per quem omnis  
 actio fit physica) per nervos, in spina-  
 li medulla coãlitos, ac extra eam un-  
 dique disspescitos, mediantibus spiritibus  
 (terroris imagine concentratis, ideoque  
 firmioribus inflectæ labis retinaculis) non  
 matris, sed embryonis molli teneritu-  
 dine laxis, minusque stabili ligamentorum  
 nexu cohærentibus, tum externa cute,  
 internisque pelliculis, membranis vix-  
 dum circumdati, atque non tam pro-  
 pria, quam materna, vita fruētis de-  
 licatissimi fœtus (à matris sanguine  
 nutrimentum, ab ejusdem spiritibus mo-  
 tum adepti) artubus nævus infligitur,  
 etiam si spiritus, alienæ ideæ contagio distor-  
 ti, prima in matre locent incunabula,  
 quoniam firmata matris membra indefi-  
 nitæ parafangis mollitiæ superat imbecille  
 tene-

tenerumque embryonis corpusculum.

Enimvero pleræque naturæ facultates in gravidis totæ formando foetui incumbunt, ut perterrefacti spiritus, matre tamen levicule perculsa, humores, simili idea effigatos, ad ima demittant, in novi microcosmi atmosphæra (utero nempe) confluentes: Quibus quum ascendit inhærens penitusque menti infixæ conceptæ rei imaginatio, vis ipsa, quæ formationi insistit, eam speciem, quam animo concepit, effingit, ipsique foetui inducit. Fortis igitur prægnantium ex animi pathematibus contracta imaginatio non modo monstriferi partus causa est, verum etiam rei fortiter expetitæ stigma foetui inurit; imprimis si primis gestationis mensibus mater malacia infestetur, & ex valde desideratæ rei denegatione mœsta evaserit; Unde tum rei concupitæ vestigio foetus insignitur: Quia, ut (f) Lemnii verbis utar, concepta triftitia spiritus vitales imminuuntur, humores concentrantur, atque qui foetui destinati erant, aliorum, non ad uterum, mittuntur, sic ut sæpe foetus, alimento destitutus, elanguescat vel quandoque moriatur. Hinc quendam in facie pernæ frusto, alium in manu muris, lana hispida, signo notatos cognovi; quendam præterea in nucha moro fructu, aliam in femore binis cerasis; quæ tria (quod mirum!) iisdem pro diversa anni tempe-  
state

(f) De occult.  
naturæ mirac.  
lib. 1. cap.  
4.

state cœli influentiis, cum iis quæ arborum erant, regebantur.

Non hic libet ire per omnes lentiginas, lituras, verrucas & reliqua nævorum genera; quorum characteribus fœtus sæpe signantur. Ubi vix connivenda, vel etiam in difficili partu, (g) Paritimi cujusdem prævaricatio est; Qua, non à læsa matrum imaginatione, sed a rudiorum obstetricum contusione pressioneve, maculas illas fœtibus adfricari, opinatur.

(g) Arnauld.  
de malad. des  
femmes.

Hæc vero plausibili probabilitate nostræ menti aridet sententia; Vim fœtus formatricem in anima sensitiva consistere, neque (ut cum (h) Lucretio loquamur) sine corpore posse oriri, nec à nervis aut sanguine longiter esse: Per nervos hic impetum facientes animales spiritus cum Hippocrate; per sanguinem animam sensitivam cum S. Codice intelligatis: (i) Anima enim cujuscunque carnis est sanguis ejus, qui est in anima ipsa, dicit Jehova: Impium autem hoc foret statumen, si hic de divinæ particula auræ fieret interpretatio.

(h) De natur.  
rer. lib. 5.

(i) Levit. 17.  
14. Genes. 9.

Si quis interim hæc à priori dignoscere gestit, cum Democrito bilis sedem atque naturam perspiciat, ut maniae causam perspiciat; quippe si vitiata bilis sit fatuitatis productrix, quid ni temperata & cogitationis quodammodo reëctrix?

Cum

Cum omnium, qui in corpore sunt, humorum subtilissimus spirituum rectificationi magis congruat. Quoniam salinae ejus particulae, sua exilitate in oleum faeculentas, aptum idearum (quae unctuosae cerebri substantiae facile imprimuntur) receptaculum existunt.

(k) In bello  
Caesaria.

Hac conjecturarum specimina si suis tricis cuilibet non allubescant, (k) Salustiano smegmate tantillae obscuritatis maculam delebo; Verba rebus exaequanda, profunda profundis: Cedam etiam ultro, loripedem si rectior rideat: rideant illi, qui, nisi quod ipsi sentiunt, nihil rectum putant.

Jaeta saltem hac, quam praestruimus, basi, levius duco, de monstrorum ortu ratiocinari; quorum non exigua differentia, si originem spectemus, in temporis diversitate latet: Si namque in conceptionis initio embryonalis corpusculi carina diflocetur, mutila membra levi negotio fabricabuntur, maternique sanguinis alimonia, idearum impressione distorta, accrescent. Ratione ergo temporis monstra variant; Si etenim in conceptionis primordio illa formentur, tum vitium in femiiformi ovo latitare vero simile est: Si in fine formationis, tum alimenti labe monstruosa forma foetui inducitur; ubi maternus sanguis vario animalium spirituum alluvio per phantasma, quod Protei instar est, transmutatorum, varias ideas recipit.

At

At magnam nimis difficultatem tangit, qui subitaneæ mutationis imò mutilationis ac depravationis foetuum in gravibus rimatur; Sic (1) Hildano refert Georgius Horstius, Pragæ natum infantem cui jecur, intestina, ventriculus & lien cum maxima mesenterii parte extra umbilicum propendebant, qui paucas horas sat misere vixit; verum, quod huc facit, hujus monstri mater tribus ante partum mensibus maectandum vitulum detinere coacta, eoque partim aperto, procidentibus dictis visceribus, commota, talem foetum enixa est: Demonstravi, inquit, Keplero, Mathematicorum facile principi, ex fundamento, quod foetus in utero non propriam, sed maternam tantum, vitam degat: Ast inde non sequi putat Horstius, Formas rerum actu in principiis suis latere; uti Hippocrates, Nihil fieri, dicit, quod prius non fuerit; Atque hæc anima, illis vegetativa appellata, sui domicilii architecta est, cum à sanguine non discriminetur, sed in eo ipso consistat. Quin, quod magis miremini, Audit, observantissimi, quandoque paucos ante parturitionem dies matris vehementiori terrore foetus deformatur, mutilatur, ut ejus etiam pars sincera trahatur: Sic quædam nostris vixit in oris mulier, quæ paucis ante puerperium diebus, mendicum, alterutra manu orbem, magno cum stupore contuita, postea similem foetum procreavit.

Monstro

(1) Vide ejus  
cent. 3. ob-  
serv. 55.

solita (1)  
ant. 1792  
4 4

solita (1)  
ant. 1792  
4 4

Monstroso porro partui non parum confert dissoluta & petulca, quæ proli officit, salacitas; Prægnantes etenim sæpe libidinosæ sunt; ubi ab effræni & immodesto concubitu uterus dulcedine quidem delinitur summa, sed & partio crebro disturbatur; dum à nimio partium genitalium conficatu multaque spirituosi feminis effusione matrici gravidatæ & conniventi vis, voluptuosa licet, infertur: Spiritus namque illi, igneæ naturæ confortes, petulcos cient motus, & per interiores uteri recessus commeant remeantque, atque illius internam molem agitant, atque ita foetum succutiunt & quandoque distorquent.

(m) Aristot.  
gen. anim.  
4. 4.

(n) Idem lib.  
2. physic.  
cap. 8.

Quod si vero bina feminaria ova concurrant, disruptis pelliculis, quibus discernebantur, nonnunquam coibunt, atque ita variforme monstrorum genus producent; Sic si ovorum vitella distinctis membranis segregentur, discreti edentur pulli; quæ si disruperint sepimenta, monstrifica fit exclusio: Uti in vegetabili regno diffractis nuclei (m) fructuumve integumentis promiscua enaturorum miscella exsurgit; Sic in fructibus (qui nova semina sunt) tergeminas nuces, ac in fertili agro (uberi nimis pabulo mandata terræ semina saburrante, ut crepantia semina imposteorum copulentur) unicaulem segetem, binis sæpius, quandoque pluribus, aristas, coronari observavi: Quandoque in diverso genere mixtura obtingit, ut (n) vitige-

næ

nae oleoprora plantae prodeant; ita in animalibus bovigena viriprora (ex genitali, varii generis promocundo, exorientia) si intra naturae limites isthaec generatio procedat.

Hæc equidem fateor, cum de partium confusione in ovo, quod, ἀνεϊβάς loquendo, uteri loco, uti muliebri ovum instar vitelli est, sermo habeatur; Namque gemellos tantum tergeminos, ex totidem ovis, distinctis membranarum cancellis seclusis, quoque generari censeo. Enimvero in ipsis, quæ vel desunt vel superfunt, partibus hoc faciendum discrimen est; An sit princeps, sine qua vivere nequit foetus; an administra, cujus productio, uti abscensus, consideranda est; Hoc igitur ab alimento, illud à feminalibus ovis dependet.

Sed quorsum vergit hic dissertationis cursus? Satis est monstrorum ἀπολογία (in prælectionum mearum, quas hic de Anatome ac Chirurgia habere soleo, præfationem) primis delibasse labiis Platónico hoc in convivio, ubi, cum dicto opus est, dicendum impigre, & cum tacito opus est, libenter tacendum; Primum iungit materiae pondus, alterum necessitas læsæque jam patientiæ vestræ (quam mihi nunc satis exercuisse videor) metus: Specialis etenim Monstrorum per exempla quæ mihi plurima suppetunt; quippe aliquando animus fuit, de monstris librum conscribere, quod alia negotia pro-



(o) Lib. I.  
epigram.

propositum abrupte) tractatio scriben-  
tis potius est, quam in horam dicentis.  
Si quæ igitur hac in dissertatione mo-  
menta omisi, ea vester addat candor &  
perspicax animus, qui mecum (o) Marti-  
alis tubicine hæc verborum agmina in  
castra reducat;

*Cuncta puerperio cedant miracula mundi,  
Infans quo referat claustra pudica Matris.*

Dixi.



---

**F I N I S.**

---

